6 Ciconia est nobis exemplo qua pietate vti debeamus erga parentes.
7 Romani vocant communiter ciconiā piam.
8 Nota de filia que lactauit propriā matrē existentē in carceribus ⁊ cognita pietate filie mater fuit relaxata.
9 Quare pater magis diligat filiuz ꝙ econtra vide rationem ſm philosophum.
10 An pater sit magis diligendus ꝙ mater:parentes vtrū sint preponendi oibus alijs in honore an nō.⁊ nu.11.
12 Coram cano capite consurge ⁊ honora vultū potentis.leuitici xix.cap.
13 Jn quibus consistat honor paternus ⁊ reuerētia paterna ⁊ qūo debeant honorari parentes.⁊ nu.14.
15 Jn omnibus an sit obediendū parentibus.
16 Uidendū est de amore patrie ⁊ sciendū ꝙ crimen expugnate patrie est graue:vnde dicat̄ patria.⁊ nu.17.
18 Multi pro patria paupertatem ⁊ mortē sustinuerunt.vide hic vnum exemplum.
19 An filius teneat̄ obedire duci exercitus precipienti ꝙ pugnet ꝑ patria contra patrem.
20 Uide magnum exemplū codri regis Atheniensiū vt liberaret patriam vel suos belli faceret victores.
21 Nota maximā bruti in filios iustitiā ad protectionē patrie.
22 Quare pater magis diligit filiū ꝙ seipsum.
23 Nota istud dictū Tho.in.ij.secunde.
24 Si patria vnum precipiat ⁊ pater aliud cui magis sit obediendum.
25 Jn publicis causis filiusfamilias habet̄ pro patrefamilias.
26 Jn dubio est obediendū patrie.



Eluti. Oppo.ꝙ religio sit de iure publico:cū cōsistat in sacris,vt.s.l.j.prima.§.ius publicum.⁊ sol.vt in glo.⁊ tene vltimā solu.que hoc dicere voluit ꝙ hic loquitur de religione ⁊ exercitio
1 †eius que debet̄ erga deum.⁊ illa est de iure priuato in contrario loquit̄ de rebus sacris que pertinent ad publicam vtilitatē, vel dic ꝙ religio erga deum est iuris publici:⁊ ideo ꝙ in diuinā maiestatem committitur in omnium fert̄ iniuriam,vt.C.de here.l.manicheos.⁊ ideo dic ꝙ prosequitur nedū ea que sunt iuris priuati sed etiam publici ſm Jacob.de ra.et dicitur religio quasi regula ligata secundum Hugo.hic autem proprie accipitur pro fide,vt not.C.de summa trini.l.j.aliter sumitur religio prima Jac.c.j.vel posses dicere ꝙ religio omnium hominum in commun spectat ad vtilitatez publicam:singulorum autem in singulari spectat ad priuatam.Jtem no.ꝙ religio est inter deuz
2 †⁊ hominē pietas inter patrem ⁊ filiū.⁊ vide ꝙ de hoc nota.C.de neg.ge.l.officio.Et dic ꝙ religio est virtus ⁊ species quedam iustitie per quam ordinamur ad reddendum deo cultum:reuerētiam ⁊ honorem:quia est primum ⁊ vniuersale principiū nostre productionis in esse ⁊ in noie gubernatiōis.Et huius virtutis multi sunt actus per quos reddere possumus deo cultū.s.orare, adorare,iurare:q2 iurando per eum eidem reuerentiam inhibemus cum inuocem⁹ eum in testem ad confirmationem eoꝝ que dicimus.Jtem vouere sacrificare ⁊ laudare ⁊ inde dicūtur religiosi.extra de religiosis domibus.per totū.Et de ista virtute religionis bene habet̄ in moralio Bald.de cu.c.religio est virtus. ⁊.C.de summa tri.l.j.in glo.per Archi.extra de regulari.c.ij.li.vj.⁊ per Joan.an.de regu.iuris.c.non est sine culpa.⁊ per Ualerium maximum de religione neglecta:⁊ per Thomam in secunda secunde.de religiōe.⁊ in alphabeto dictione religio.¶Jtez no.ꝙ parentibus obedire debem⁹:ergo ⁊ matri,vt.ꝟ.de ver.sig.l.appellatione parentis.⁊.C.de testamen.ma.l.contra volunta-
3 tem.†q2 pietas equa debetur patri ⁊ matri licet potestas sit inequalis,vt.ꝟ.d cura.furio.l.furiosē.⁊ in diuina pagina honora patrem ⁊ matrem.xij.q.ij.c.ebron.Ergo idem videtur in emancipato ⁊ sic est contra.ꝟ.ad le.cor.de sic.l.filius.in princ.Sz hoc in his in quibus nullum versatur delictum ⁊ de excusando filiū per iussum patris querit̄ quia tūc excusatur qui est in potestate atrocitate cessante secus in emancipato vt ibi ⁊.ꝟ.de his quib⁹ vt indignis.l.in fraudem.§.vltimo.⁊ de regu.iur.l.velle non videtur.⁊.l.ad ea que atrocitatis.vbi de hoc Jacob. Et parentibus concessa est modica castigatio si filij eis non obediant,vt.ꝟ.de pa.po.l.iij.modica etiam castigatio concessa propinquis pa-
4 tronis†dominis ⁊ magistris si eis non pareatur,vt.C.de emen.ser.⁊ de emendatione propinquorum.⁊.ꝟ.loca.l.item queritur.§.item iul.⁊ prelatis vt extra de maio.⁊ obe.per totum.⁊.xciij.di.c.dictum est.post deum igitur honorādi ⁊ amandi sunt parētes ⁊ eis obediendū quia sunt principiū secundariū nostri esse. dicuntur eīn parētes quasi parientes.vnde sicut ad virtutē religionis de qua dictum.s.pertinet exhibere cultum deo:ita ad virtutem pietatis pertinet exhibere reuerentiā parentibus ⁊ patrie vt patet per philosophū.viij.Ethicoꝝ.Et Tullius in libro
5 rhetoricoꝝ.pietas†per quā sanguine iunctis patrieqz beniuolis officiū ⁊ diligēs tribuitur cultus ⁊ ad amorē ⁊ obedientiam parentū principalr̄ nos inducunt primo sacre scripture authoritates.ꝟ.

ritates.j.ad Timothe.v.c.mutuā vicē reddite parētib⁹.ꝛ eccle-
siastici.iij.q timet deū honorat parentes ꝛ quasi dominis ser-
uit ijs qui se genuerūt opere ꝛ sermone.ꝛ.vij.c.honora patrem
tuū ꝛ gemitus matris tue ne obliuiscaris:memento quia nisi ꝑ
illos natus nō fuisses ꝛ retribue illis quomodo ꝛ illi tibi.ꝛ in
ꝑceptis decalogi exodi.xx.c.honora patrē ꝛ matrē vt sis lōgeu⁹
sup terrā.Scdo sagacitas instigantis nature. Instinctu nāqꝫ
nature mouent̄ etiā irrationabilia ad amorem parentum sicut
dicit beatus Ambrosius in exameron de ciconijs ꝙ proprijs
6 ꝑēnis parētes nudatos tegmine plumaꝝ suarum fouent col-
lato cibo pascunt ꝛ fulcro alarum suaꝝ subleuātes ad volādū
exercent.vnde idē Ambrosius ait animalibus nō est graue qđ
est pietatis plenū:non est onerosum quod soluitur debito natu
re:non recusant aues patrem pascere quas nō scripta lex ſꝫ na
tura constringit ad hoc conueniūt nō precepto sed gratie natu
7 ralis officio:est enim natura pietas apud eas ꝛ iō Romanoꝝ
vsu ciconia pia auis vocatur. Tertio infirmitas pie ꝛ fragi-
lis creature quam debemus imitari in pietate.de hoc ponit exē
plum Valerius.lib.v.c.x.de quadā filia q̄ nutriuit matrē lacte
mamillaꝝ suaꝝ in carcerem positā ex crimine capitali ꝛ custos
8 carceris motus pietate eidē filie aditū dabat non permittens
tamen ꝙ cibum aliquem eidē afferret.patefacto autem negotio
ꝛ eo deducta ad consiliū que mirabilis fuit visa mulieri pene re
missionē impetrauit.Quarto immēsitas beniuolētie qua sciūt
filij a patribus se amari plusquā ipsi reament vt probat philo-
sophus.viij.ethicoꝝ.patres plus diligunt filios ꝙ̄ econuerso:
9 quia pater habet de suo in filio non econuerso.Quinto ꝑtio-
sitas beneficentie per quā debent patres a filijs pre alijs reama
ri.vñ philosophus.viij ethicorum loquens de amore parentuꝫ
sic ait:Est aūt ad parētes quedā amicitia filijs ꝛ hominib⁹ ad
eos:scilicet parentes vt ad bonum ꝛ superexcellens.bene eīm fe
cerunt maxime filijs.essendi eīm et nutriendi causa sunt parētes
natis ꝛ ei⁹ ꝙ est disciplinari.ꝛ Cato dicit parētes ama.ꝛ in ver
sibus.nō egra charos pietate parentes nec matrē offendas dū
vis bonus esse parēti.ꝛ de hoc no.ꝛ tetigi.j.ꝙ metus causa.l.isti
quidem.§.fina.¶Et qꝛ ista materia moralis est adhuc quero
10 vtrum pater sit magis diligendus ꝙ̄ mater vel ecōtra.Et pri-
mo videtur ꝙ mater qꝛ et ipsa magis diligit filios vt probatur
viij.ethicorum.tum qꝛ magis laborat in procreatione ꝛ educa
tione filiorum:tum qꝛ est magis certa ꝙ pater.vt.l.de in ius vo
can.l.qꝛ semper.in contrarium est ꝙ dicit Hieronymus super
Ezechielem post deū diligendus est pater ꝛ postea dicit de ma
tre.ergo ꝛc.ꝙ sint equaliter diligendi videt̄ probare preallega.
l.furiose.j.de cura.furio.vbi dicit̄ ꝙ patri ꝛ matri debet̄ equa-
lis ꝛ pietas licet sit inequalis potestas dicendū tamen secundū
philosophum ꝙ inquantum sunt principium generationis pa
ter est magis diligendus:quia pater est agens in generatiōe et
mater patiens.habito autem respectu ad vitia vel virtutes pos
set mater tantū excedere patrem in virtute ꝙ esset magis diligē
da.dicit enim philosophus.viij.Ethicorum ꝙ potest esse tanta
distantia virtutis ꝛ malitie ꝙ amicitia soluitur vel saltem dimi
nuit̄.Et ideo dicit Ambrosius ꝙ boni domestici sunt malis fi-
lijs preponendi. Item quero vtrū parentes sint preponendi o-
11 mnibus alijs in honore.Circa qđ sciendū ꝙ diuersi sunt gra-
dus honoris q̄ debentur diuersis.primus est commune princi-
palis cause.secūdus est sapientie.tertius bonitatis.honor siue
preeminentia principij triplex est.prima est quantū ad esse na-
turale que producit de non esse in esse.ꝛ hāc habet pater carna-
lis ꝛ huius ratione honorādus est parens carnalis pre alijs:et
ideo dicit honora patrem ꝛ matrem.ꝛ ecclesiastici.vj.memento
ꝙ nisi per eos natus non fuisses.alia preeminentia principian-
di est quantum ad esse spirituale.ꝛ ista ratione honorandus est
prelatus pre alijs.Ecclesiastici.iij.tāꝙ dominis seruite eis qui
genuerunt opere ꝛ sermone.alia est preeminentia principiandi
quantum ad esse tēporale:ꝛ secundū hanc honorādi sunt prin-
cipes seculares, vt Imperator ꝛ Rex.vñ in epistola Petri.ij.c.
deum timete:regem honorate.secūdus gradus principalis ho-
12 noris est ratione sapientie.ꝛ fm hoc honorandus est doctor:
iudex:literat⁹ ꝛ senex:vnde leuitici.xix.Coram cano capite con-
surge ꝛ honora vultum potentis.ꝛ pro hoc.j.de iure immuni-
tatis.l.semper.vbi de hoc tertius grad⁹ principalis honoris est
ratione bonitatis.et secundūꝫ hoc honorandus est vir sanctus.
vnde Apostolus ad Philip.ij.de epafrodito dicit:excipite illū.
ꝛ sequtur ꝛ honore habetote:quia propter opus Christi vsqꝫ ad
mortem accessit tradens animaꝫ suam.Est etiam sciendū ꝙ ho
nor paternus principaliter consistit in duobus,scilicet in reuerē
tia ꝛ sustentatione corporali.Reuerētia autem paterna consi-
13 stit in tribus:in affectu:timendo offensam paternā ex amore.
vnde Hieronimus prebeatur patrib⁹ honoris mixta formido
in effectu:ꝛ hoc obediendo ad epheseos.v.c.filij obedite paren-
tibus vestris.Et in signo assurgendo ꝛ inclinādo eos preponē
do ꝛ similia faciendo que sunt signa honoris:vñ Apostolus ad
Romanos.xij.Cui honor honorem:Cui tributū tributum.Su
stentatio etiaꝫ consistit in tribus:scilicet in solatio verboꝝ.Ec-
clesiastici.iij.dedecus filij pater sine honore.dicit glos.discipuli
honore ꝛ solatio debent fouere parentes.vnde Hieronymus de
honorandis parentib⁹.Nemo patreꝫ asperis verbis ledat affe
14 ctum sonent quicqđ lingue dixerint liberorū hec filiorum ora
loquantur ꝙ parētes debeāt audire in seruitio.vnde Ecclesia-
stici.iij.qui timet deū honorat parētes ꝛc.ꝛ ibi multa circa hoc.
Item in exhibitione necessariorū.vnde Hieronymus honora
patrem tuum nō in verborum sono qui potest inopiam paren-
tum cassa adulatione frustrari:ſꝫ invictus necessarijs ministrā
dis.ꝛ philosophus.ix.Ethicorum:videtur ꝙ in his que perti-
nent ad sustentationem nature ꝛc.vt dixi.§.l.proxima.§.ius na
turale.dicendum ergo ꝙ patri nō debetur omnis honor:qꝛ nō
largitor vniuersalis omnium bonorum sed particularis.nec cō
tinet in se omnem preeminentiam honoris.ꝛ hoc est quod dicit
philosophus.ix.Ethicorum:non omnem honorem debent ho
mines parentibus:quia neque eundeꝫ honorem debēt patri et
matri.nec patri debēt honorem q̄ debetur sapienti vel qui de-
betur duci exercitus.Sed patri debet̄ honor paternus ꝛ matri
maternus:ꝛ cuilibet etiam seni debetur honor. Itē quero vtrū
15 debeamus obedire parentibus in omnibus.ꝛ videtur ꝙ sic.ad
Colossē.iij.c.filij obedite parentibus vestris in omnibus.hāc
questionem mouet philosophus.ix.Ethicoꝝ.in hec verba du-
bitationem etiam habet vtrum patri oportet omnia tribuere ꝛ
obedire.Et tenet ꝙ nō omnia parentibus debeant̄ sed quedaꝫ
etiam debentur cōsanguineis amicis bene factoribus ꝛ virtuo-
sis.hāc etiam.q.tractat Alex.de ales.iij.volumine summe.ꝛ te
net ꝙ obedientia debeatur parētibus ꝛ alijs:puta prelatis ec-
clesiasticis ꝛ secularibus secundū gradus ꝛ secundū distinctio
nem corporaliū ꝛ spiritualiū vt prelato ecclesiastico in spiritua
libus:seculari in tēporalib⁹:patri in regimine familie ꝛ cū his
concord.Thomas in secunda secunde.q.xxvj.art.iij.secūdo cor
pore questionis.Iuriste de ista questiōe facilius se expediūt di-
cendo ꝙ in atrocioribus non debent obedire filij parentib⁹:in
alijs sic.vt no.j.ad le.aql.l.liber homo.ꝛ de reg.iur.l.ad ea que
atrocitant.ꝛ ibi plene dixi pro hoc.xj.q.iij.c.nō enim semper.et
de offensa parentum tetigi.j.de her.insti.l.quidam cum filium.

Post deū pater est amore prose-quendus.

¶Nunc trāseamus ad obedientiam patrie circa quod aduer
tenduꝫ ꝙ Vlp.multum cōmendat patriam suam.vt.j.de cen-
16 si.l.j.ꝛ crimen oppugnate patrie est exceptuatum ꝛ graue.C.
de aboli.l.fallaciter.in fi.ꝛ de defensiōe patrie est titulus specia
lis in lombarda de ijs qui patriam defendūt.ꝛ ad hoc.xxiij.q.
viij.c.omni timore.ꝛ de amore patrie vide quod pulchre dixi.j.
de lega.iij.l.qui habebat.ꝛ est patria nomen abstractuꝫ a quo
17 deriuatur pater.Et dicitur patria quasi parans tria. Primo
enim parat necessaria ad sustentationē vite.s.alimenta.secūdo
necessaria ad dilatationē ꝛ conseruationē humani generis:nā
in patria homines nascuntur crescunt ꝛ multiplicant̄ que suc-
cessiua multiplicatio cōseruat genus humanū.vnde patria im
plet illud diuinū crescite ꝛ multiplicamini ꝛc.Tertio parat no
bis necessaria ad instructioneꝫ ꝛ educationē vite moralis:scili
cet rectores doctores ꝛ iudices per quos moribus informamur:
et a vitijs refrenamur ꝛ in scientijs promouemur:hec eniꝫ oia
sunt in patria bene disposita.ad amoreꝫ auteꝫ et obedientiam
patrie nos inducunt authoritates doctoꝝ.vnde Valerius lib.
vj.c.vj.Restat vt patrie charitas exhibeat̄ cui⁹ maiestati etiaꝫ
que deorum munerib⁹ equatur authoritas parētū viris subie-
cit fraterna quoqꝫ charitas equo aīo atqꝫ libēter cedit.ꝛ Tul-
lius de offic.c.xix.oīm societatuꝫ nulla est gratior nulla cha-
rior ꝙ̄ ea que cuꝫ republica est vnicuiqꝫ nostruꝫ chari sunt pa-
rentes liberi propinqui familiares:sed omnes omniuꝫ charita
tes patria vna cōplexa est pro qua quis non dubitat mortē op
petere si patrie sit profuturus.¶Ad hoc etiam exempla anti-
18 quoruꝫ habemus qui pro patria paupertatem ꝛ mortem su-
stinuerunt:narrat Valerius dicto lib.vj.c.vj.de quodaꝫ in cu
ius capite quoddā animal quod vocatur picus sedebat ꝛ affir
massent aruspices eo occiso fore reipublice statum felicissimum
sue domus miserrimum ꝛ conseruato pico in contrariū vtrūqꝫ
cessuruꝫ at ille picuꝫ in conspectu senatus morsu suo necauit.ꝛ
ibi multa alia narrant̄ que fecerūt antiqui amore ꝛ honore pa-
trie.dicit ergo hic parenduꝫ patrie:id est magistratibus q̄ pre-
sunt regimini patrie.vt.j.de iniurijs.l.iniuriarum.§.j.et si quis
ius dicenti non obtemperauerit.l.j.quod verū est si licita preci-
piāt ꝛ ad officiū suū ptinētia alias licet eis resistere.vt.j.de iniu.
l.nec magistratib⁹.C.de iure fisci.l.ꝓhibitū.li.x.ꝛ.l.facultas.li.
x.ꝛ de metatis.l.deuotū.li.xij.vel dic.i.statutis ꝑrie.vt extra de
vita ꝛ ho.clericoꝝ.c.vlt.Et dic patrie.s.originali.vel etiā in qua

habet domiciliū, vt. C. de incolis. l. ij. §. ciues. ꝛ. l. penul. in fi. ꝛ. ꝫ. ad munici. l. assumptio. Quid si vtraqꝫ pcipiat. s. originis ꝛ do micilij? dic quod originali magis est parendū, vt. ꝫ. ad munici. l. libertus. §. prescriptio. in fin. ꝛ de decur. l. ij. Quod verū est nisi vtriqꝫ possit parere: quia tūc parere debet vtriqꝫ. ar. ꝫ. de operis libertorū. l. duorū. ꝛ de hoc dic vt nota. C. de incolis. l. ciues. li. x. in gl. ꝛ facit quod no. per Hostien. in summa de maio. ꝛ obe. §. ad quid tenentur. ver. quid si duo. ꝛ totus ille. §. facit ad hanc
19 materiā. ¶ Sed nunquid filius† tenetur obedire magistratui vel duci exercitus precipienti qđ pugnet pro patria contra pa trem? ꝛ videtur ꝙ nō: quia filius tenetur patrie propter patreꝫ: quia esse quod habet filius in patria, puta esse pulchꝛuꝫ poten tem diuiteꝫ, ꝛ similia habet propter esse naturale qđ habet a pa tre: ergo magis tenetur patri: ꝛ sic nō tenetur pugnare cōtra eū pro patria. In contrariū est quod dicit philosophus ꝙ magis est obediendū duci exercitus in bellicosis ꝙ̄ patri. Et hec opi nio verioꝛ videtur ſm philosophum ꝛ maxime quando dubiū esset quis haberet iustum bellum pater vel patria et multoma gis si constaret patriam iustum habere bellum. Et hoc sic po test probari. Quocunque casu debet pater exponere se moꝛ ti et filium: eodem videtur filium posse exponere patrem morti: quia pater magis habet cauere sibi ꝛ filio ꝙ̄ filius patri eo ꝙ magis diligit pater se ꝛ filiuꝫ ꝙ̄ filius patrem sed pater politice loquendo laudabiliter exponit se ꝛ filium morti pro defensione patrie ergo ꝛc. ꝙ autem pater possit narrat Augustinus li. xviij. de ciuitate dei. c. xvj. ꝛ Ualerius lib. ij. c. iiij. de codro rege athe
20 niensiū† cui cū instaret bellum inter atheniēses et pelloponen ses ꝛ accepissent responsuꝫ quod illi essent victores quoꝛuꝫ dux occideretur: audiens codrus in habitu paupis transiuit ad ho stes seqꝫ obieciteis ꝛ eos per iurgiū prouocādo. Quod etiā pa tres exposuerint filios morti pro defensiōe reipublice dicit Au gustinus lib. v. de ciuitate dei. c. xviij. de bruto q filios suos cō
21 prehēsos ꝛ ad palum ligatos securi percuti iussit: † quia tarqui nium a se expulsum in dominationē reducere volebāt: exuit em̄ partem vt officium consulis ageret. Item sic vnusquisqꝫ deside rat perpetuari in suo esse vt dicit philosophus. ij. de anima. ꝛ qꝛ res non possunt perpetuari in seipsis desiderant perpetuari in alio ꝛ maxime in specie sua. ꝛ hec est vna rō quare pater sic inter se diligit filios quia credit se perpetuari in eis: ꝛ quare homines
22 † delectantur facere opera que maneant post moꝛtem suam. cū igitur memoꝛia filij magis cōseruetur in cōseruatiōe patrie ꝙ̄ patris quia diutius durat: igitur filius magis dꝫ pugnare pro conseruatiōe patrie ꝙ̄ patris. Et hec opinio cōfirmat̄ per Tul lium. in. iij. de officijs vbi inquirens si pater conabitur tradere pa triam silebit ne filius? Responde ꝙ primo obsecrabit patrē ne faciat. ꝛ deinde si non pficiat accusare debet. ꝛ si ad perniciē pa trie res spectabit patrie saluteꝫ anteponet saluti patris. Confir matur etiā hec opinio per Tho. in secunda secunde. q. xxvj. arti. viij. in questione vbi dicit amicitia consanguineoꝝ fundatur in
23 † coniūctione naturalis originis amicitia conciuium in cōmu nicatione ciuili amicitia cōmilitonum in communicatione bel lica. ꝛ ideo in ijs que ptinent ad naturā plus debemus diligere consanguineos in ijs que ptinent ad ciuilem conuersationem conciues in bellicis commilitones. ꝛ ead. q. arti. secundo in coꝛ poꝛe questionis dicit: amicitia politica principali⁹ respicit prin cipem ciuitatis a quo totum bonum commune ciuitatis depen det. vnde ꝛ ei maxime debetur obedientia a ciuibus. Et sic patet patrem posse impugnari per filiū pro defensione patrie. ad arg. in contrariuꝫ dicendum ꝙ pater non causauit in filio amoꝛem patrie imo filius tenet̄ patrie dato per impossibile ꝙ nulluꝫ pa trem haberet: ꝛ ideo non sequitur qđ arguebatur. Itē pugnan do contra patrem impugnantem patriā non pugnat simplici ter contra patrem: sed contra hostē ꝛ ita obligatio qua filius te netur patri videtur cessare hoc casu: nam pater impugnans pa triam vocat̄ destruere esse filij ꝛ vitam quam sibi dederat ꝛ pro pter que filius sibi obligabat̄. nam destructa patria fili⁹ esse suū bene conseruare non posset: ꝛ hanc determinationem tenēt etiā iuriste. ꝛ est casus. ꝫ. de reli. l. minime. ꝛ no. xxiij. q. iij. c. foꝛtitudo. ¶ Ex his insurgit alia. q. si patria precipit vnuꝫ ꝛ pater aliud
24 cui magis obedire debeat. ꝛ videt̄ † ꝙ patri ex oꝛdine litere hu ius. l. preponit que parētes patrie ꝛ oꝛdo litere seruari debet. C. de fideicom. aut. hoc amplius. In contrariuꝫ videtur. C. de ad uo. di. iudi. l. aduocati. vbi preponit̄ patria parētibus sed istud arg. ab oꝛdine litere licet sit probabile non est necessarium vt di xi. s. in constitut. §. discipuli igit̄. dic ergo ꝙ si ambobus potest parere pareat ar. ꝫ. de oper. lib. l. duoꝛuꝫ. Si non potest vtrique obedire dicunt quidā ꝙ locus est gratificationi. ar. ꝫ. ad syl. l. si quis in graui. §. si cum omnes. cū si. Ubertus de bobio tenet ꝙ teneat̄ illi obedire cui maioꝛ necessitas ꝛ celeritas imminet. ar. ꝫ. de dam. infe. l. j. ꝛ arg. ꝫ. de lib. agno. l. j. §. j. versi. vtrum. Alij ꝙ magis obediendū est patrie quando precipit illud quod ad pre cipientem spectat: vt qꝛ precipit filio ꝙ vadat ad exercituꝫ ꝛ pa ter precipit ꝙ non vadat qꝛ vtilitas publica preferenda est pri uate. vt. C. de primipilo. l. vtilitas. li. xij. ꝛ de cadu. tollen. l. vni ca. §. fina. Excusatur em̄ filius qui propter preceptū patris no luerit a militia recedere. vt. ꝫ. de re mili. l. qui cū vno. §. filium. ꝛ. §. eū qui. de muneri. ꝛ hono. l. ꝛ qui originem. §. filius. in titu. ꝛ. l. honoꝛ. §. plebei. nam ꝛ ipse pater in hoc est sub patria ꝛ ma gistratibus patrie obedire tenetur. ꝛ pro hac opi. dicūt quidaꝫ esse casum. ꝫ. de cap. ꝛ postli. reuer. l. postliminium. §. filius. ꝛ de vent. in pos. mit. l. j. §. generaliter. vbi de hoc dixi. ꝛ ad munic. l.
25 libertis. §. prescriptio. Itē qꝛ filiusfa. † in causis publicis habe tur pro patrefa. ꝫ. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. l. filiusfamilias. ꝛ ad trebel. l. nam ꝙ. Si autem patria seu magistratus pro pa tria precipiat illud quod ad eius officium non spectat vel aliqđ inhonestum in authen. de defen. ci. §. non habēde. ꝛ arg. ꝫ. de ar bitris. l. si cum dies. §. compromissi. ꝛ de adulte. l. marito. quod non adeat hereditatē sibi debitā et pater precipit ꝙ adeat tunc obediendum est patrie ꝛ non patri. ar. ꝫ. de reg. iur. l. factum a iu dice extra eodem. c. factum a iudice. lib. vj. cū ibi not. ꝛ. C. de iur. fis. l. prohibitum. li. x. Et idem puto si pater litigaret cuꝫ patria de fundo vel castro: tunc enim iuuare debet patrem nisi cōstaret ꝙ illicite litigaret Guli. de cu. pro hoc dicta. l. pen. ꝛ fin. ꝫ. de po. stul. ꝛ. C. qui ꝛ aduersus quos. l. fi. ꝛ. ꝫ. de in integ. restitu. l. fin. si mul iuncte. Si autē preceptuꝫ est indifferens tunc in dubio ma gis est obediendū patrie per iura predicta. ꝛ arg. ꝫ. de re iudica. l. contra pupillū. §. is qui. C. de oꝛdine iudic. l. fi. viij. di. que con tra moꝛes. ꝛ. xj. q. iij. qui resistit ꝛ ibi in gl. ꝛ in hac opiniōe sunt Jacob. de are. Ric. et Old. et cōmuniter alij doctoꝛes licet qui dā dicant ꝙ occupantis sit melioꝛ conditio. ar. ꝫ. locati. l. in ope ris. de procura. l. pluribus. ꝛ de peculio. l. si vero. Jaco. butri. di cit aut loquimur de patria cōmuni. i. Roma. vt. ꝫ. ad muni. l. ro ma. ꝛ illi semper est parendū: quia non potest precipere nisi lici ta cum precipiendo constituat iura. Si autem loquamur de pa tria singulari tunc parendū est ei qui mandat magis licitū: nā ei qui mandat illicitum pareri non debet. vt. ꝫ. ad leg. aquil. l. li
26 ber homo. In dubio autē obediendū est patrie† vt dictum pro hoc extra de censi. c. omnis anima. ad munic. l. incola. de reg. iu. l. non videtur dolo. ꝛ. §. qui iussu. ꝛ si quis ius dicenti non obtē. l. j. de hoc vide quod no. in speculo de aduocato. §. j. ver. quid si pater agat contra patriā. Sed cui debet libertus magis obedi re: patrono vel patrie? ꝙ patri per literam istam: de hoc habetis textū expressum authen. vt liberti decetero. colla. vj. vbi dicit ꝙ manumissoꝛ factus est equalis patri: ꝛ ita videtur ꝙ illi potius obedire debeat Guli. de cu. Mar. etiā de fano tenet ꝙ si filiusfa mi. obligauit se ad standū cum cerdone certo tempore ꝙ po test eū reuocare pater: quia filius nō potest se obligare de omni voto. vt. ꝫ. de policita. l. si quis rem. §. voto. contra credo per. l. tā ex contractibus. ꝫ. de iudi. ¶ In. gloss. sed nomine. ibi respō. ꝛ hoc scilicet priuatū Jac. ¶ Ibi ꝛ illud, scilicet publice. Jaco. ¶ Ibi in tribus, scilicet preceptis iuris naturalis gentiuꝫ ꝛ ci uilis. vt no. s. l. proxima in glo. specialius ideo. Jac. ¶ Ibi per inuentionē. Quia illud inuenit publica vtilitas. Jac. ¶ Ibi p confirmationē. Usu secutā siue per confirmationē hoīm q suo respectu tm̄ religionē habent erga deū. ꝛ sic religio est etiā de iu re publico. vt. C. de hereti. l. manicheos. Jac.

1 ¶ An defensio sit de iure naturali cū brutis etiā cōpetat.
2 Cuilibet concessum est se defendere etiā de iure gentium.
3 Defensio que dat̄ per iudicē reis an sit de iure naturali.
4 Statū quo cauet̄ ꝙ occidens occidat̄ an habeat locuꝫ in se de fendente.
5 An liceat christiano ad sui defensionem vti auxilio infidelium.
6 An liceat alicui ex interuallo recuperare possessionē suā a qua per vim fuit eiectus.
7 An ego tenear defendere extraneū si quis velit illum percutere vel occidere.
8 An possit aliquid imputari illi qui dicit se fecisse ad sui defen sionem si non aufugit, sed expectauit alium quem postea inter fecit.
9 An sit licitū fratribus minoꝛibus vel alijs religiosis ꝛ clericis se defendere.
10 Si appareāt duo vulnerati nec reperiat̄ quis eoꝛum fecerit ad suā defensionē quis presumet̄ prius inchoasse rixam.
11 Paria delicta mutua cōpensatione tollunt̄. vide latius questio nem.
12 An filius possit resistere contra violentiam sibi factam per pa trem.
13 Cōmodatarius emphyteota depositarius ꝛ alij similes an pos sint repellere vim illatā rebus quas possident.

Quomodo

14 Quomodo vniuersitas possit propulsare iniuriam illataz rebꝰ
quas possidet.
15 An sit mihi licitũ occidere aliquē vt euitē mortē mihi minataz
per iubentem vide questionem.
16 Si fiat iniuria ei per quē patior ⁊ mihi copetit iniuriarũ actio ⁊
defensio.
17 Homo nõ debet insidiari homini: vnde dicit tullius homo obe
diens nature ⁊c. nota dictũ seuere vsq3 ad fi. legis.



T vim atq3 iniuriam. Id est violen-
iam iniuriosam vel ꝓprie vt sonat. Ibi fecerit advio
entã iniuriã repellendã. Ja. ¶ Ibi nefas esse. ⁊ ꝑ cõ
sequens fas est ipsam repellere. Jac. op. ꝙ ista defensio sit de iu-
1 re naturali cum etiã brutis † aĩalibꝰ cõpetat. vt. ĩ. si quadrupes
pau. feu. dicatur. l. j. §. cum arietes. sol. vt in gl. ¶ Item oppo. de
l. iiij. ĩ. ad legem aquil. solu. vt in gl. q2 ibi iuste iniuriatur. Sz op
po. quod etiam iniuste inferenti non possim resistere. vt. C. de ap-
pellationibus. l. addictos. Sed dic quod possuz licito mõ: vt hic
no. illicito, nõ vt ibi. Item oppo. quod non solũ defensio sit cõces
sa: sed ẽt vltio. vt. ĩ. de bonis liber. l. qui cũ maior. §. si libertus. et
de iure fisci. l. ij. ⁊. l. deferre. ſm vnum intellectũ. Sed dic quod il-
la loquuntur de vindicta seu vltione iusta q̃ fit authoritate iudi
cis per accusationē. iudex eñ est minister dei arg. C. de iu. calũ. l.
ij. §. si autem reus. ⁊ de iudi. l. ꝓperandũ. §. cũ aũt hermodiciũ.
et iõ põt talē vltionē iuste facere: vnde exodi. xxij. nõ patieris ma
leficos viuere super terrã. ⁊ pro hoc. ĩ. de offici. presi. l. congruit. et
xxiij. q. v. reos. ⁊ per totã. q. Collige ergo illud ad qđ sepe allegat
2 lex ista ꝙ defensio † cuilibet est cõcessa: ẽt de iure gẽtiũ: cõcordãtie
sunt in gl. ⁊ ad hoc. C. ad. l. iul. de vi. l. quoniã multa. de metatis.
l. deuotũ. li. xij. ⁊ extra de homi. c. significasti. circa fi. vbi de hoc
satis no. ⁊ per Hosti. in sum. eo. §. qua pena. ver. si vero. quis fe-
cit homicidium committat. ⁊ de ista materia bene not. in gl. per
Cy. ⁊ per me. C. vnde vi. l. j. ⁊ in decretis. j. di. c. ius autem natura
le. in gl. ⁊ per Archid. in fi. ⁊ per eundē. l. di. de his clericis. xxiij.
q. j. in summa ⁊ per totam questionem ⁊ ca. fortitudo. ij. q. viij.
in summa in gl. per eundem Arch. ⁊ de hoc est pulcherrima gl.
per Innocen. extra de resti. spo. c. olim causam. in penulti. ⁊ vlti.
gl. vbi etiam pulchre no. de iusto ⁊ iniusto bello. de quo ẽt plenis
sime not. per Hostien. in summa de treu. ⁊ pace. §. sed vt aliquaz
doctrinam per totum. ⁊ de restitutione spoliatorum. §. j. versi. in
repellenda. ⁊ versi. sequentibus. ⁊ pulchra gl. Inno. de immuni
tate eccle. c. j. ⁊ dixi. ĩ. eo. l. ex hoc iure. ⁊ de statu hominum. l. liber
tas. ⁊ secundo alphabeto dictione bellum. ĩ. et pulcher textꝰ ad
istam materiam quod quis ad defensionem facere dicatur si ali
ter periculum euitare non potest, institu. ad. l. aquiliam. §. iniu-
ria. ⁊ vide etiam in opere Alberti de gandino de defensionibus
a reo faciendis. Sed videtur quod ista defensio sit de iure natu-
rali. vt. d. c. ius autem naturale. in fi. l. di. ⁊ vim vi defendere oẽs
leges omniaq3 iura permittunt. ĩ. de vi ⁊ vi ar. l. j. §. vim vi. ⁊. d. c.
significasti. de homicid. ⁊ vide in alphabeto dictione defensio. et
3 quod etiam defensio danda per iudicem rei sit de iure † naturali
in clementis. de re iudica. pastoralis dicendum puto: licet dicat
gl. quod istud est verum iure fori non iure poli qđ defensio ma-
nualis contra iniuriam violentam licita sit ⁊ concessa iure diui
no naturali ciuili ⁊ gentium nisi in perfectis perfectione euange
lica, vt habetur Mattei. v. in hec verba. Si quis percusserit te
in dexteram tuam maxillam prebe illi alteram. ⁊ ei qui vult tecũ
in iudicio contendere et tunicam tuam tollere dimitte ei et pal-
lium. ⁊ quicunq3 angariauerit te mille passus vade cum eo alia
duo. ⁊ econtra talem defensionem nõ puto posse induci statutũ
vel consuetudinē ⁊ ista defensione participãt etiam bruta vt di-
ctum est probatur in prealleg. §. cum arietes. Et ideo puto quod
4 statutũ † quo cauetur quod occidēs occidatur restringi debeat
ita qđ non includat occidentē ad sui defensionem. ⁊ si statutum
hoc includeret quod occidens etiam ad sui defensionem occida
tur crederem non valere vt pote contra omnia iura et maxime
naturale quod est immutabile. de quo dixi. ĩ. de legi. l. de quibꝰ
verb. item debet esse rationabilis. alia autem species defensiõis
scilicet que fit in iudicio est iudicio meo de iure ciuili ⁊ per ius ci
uile inducta: ⁊ illa forte posset tolli per statutum. de hoc tamen
vide qđ notaui. C. de episco. ⁊ cleri. l. omnes qui vbiq3. §. in hoc
⁊ quomodo ⁊ quando iud. l. ea que. ¶ An liceat christiano vti
ad defensionem auxilio infidelium. ⁊ dixi. C. vnde vi. l. j. in fi. vbi
5 etiam multas questiones † notaui ad hanc materiam pertinen-
tes, videlicet an maritus possit vxorem defendere. ⁊ dic qđ sic vt
ibi dixi. Et pater iniuriam filij. ⁊ pro hoc. ĩ. de iniur. l. sed si vniꝰ.
§. qđ deinde. ⁊ econtra filius iniuriam patris. Itē iniuriã fratris
⁊ cuiuslibet de parentela sua. Idē in seruo ⁊ liberto vt possint ꝓ
pulsare iniuriam dñi vel patroni. ⁊ vasallus iniuriaz dñi. ⁊ si sit
vasallus duorũ quem iuuare debeat, ⁊ an subditi possint defen-
dere prepositum suũ, ⁊ an socius sociũ, ⁊ an quēlibet extraneuz.
Ista. q. ⁊ alie expediuntur in lectura. d. l. j. C. vñ vi. ⁊ vide Host.
in sum. de resti. spo. §. j. ver. penul. ¶ Ulterius q̃ro an liceat mihi
6 recuperare † possessionem quam alius violenter inuasit ex inter-
uallo. de hoc dic vt dixi. C. quod cuz eo qui in aliena potestate. l.
si seruus. Sed quid si iudex inferat alicui iniuriam: an possit si
bi resistere: dic qđ si facit exercendo officium suum non: sz opꝰ ap
pellari vt per totum ti. de ap. nam ius reddere dicitur ꝙuis ini
que. ĩ. e. l. penul. ⁊ ad treb. l. seruo inuito. §. cum pretor. secꝰ si non
exercendo officium. C. de iu. fis. l. prohibitum. ⁊. l. facultas. li. x. de
metatis. l. deuotum: li. xij. ⁊ de reg. iur. factũ a iudice. ⁊ eo. tit. c. fa-
ctum a iudice per Dy. ⁊ alios libr. vj. in dubio presumitur ꝓ iu
dice. vt. ĩ. de iniur. l. iniuriam. ⁊ de hoc no. in gl. ĩ. de reg. iur. l. non
7 videtur. §. qui iussu. ¶ Sed quero de † extraneo an de necessitate
tenear eum defendere si alius velit eum occidere ⁊ si non defen-
do an tenear. videtur quod sic vt alias dicitur necare videt ⁊c.
vt. ĩ. de liberis agno. l. necare. et ꝓ hoc extra de homicidio: sicut
dignum: ⁊ quia res extranei possum defendere. ĩ. de vi ⁊ vi ar. l.
iij. §. cum igitur. ergo multo fortius personam. in contrarium
est: quia hoc solum reperitur in quibusdam personis. ĩ. ad sylla.
l. j. §. hec autem. de re mili. l. qui cum vno. §. fi. ⁊. l. oē delic. §. fi. et
ad hoc de nox. in delictis. §. sed si damnum glo. ĩ. de reg. iu. l. cul-
pa caret. dicit qđ verbis teneor me immiscere: sed realiter non: q2
posset mihi esse periculum corporis: ⁊ lz homo homini debeat
officium. vt. ĩ. commo. l. in commodato. §. sicut hoc veruz est sine
periculo suo. vt. ĩ. de operis liberto. l. hec demum. ⁊ de conditio.
insti. l. si filiꝰ. ea enim possumus que honeste possumus. ĩ. de ver.
sig. l. nepos proculo. ⁊ ꝓ hoc q2 si quis tenetur aliquid facere et
inde recipiat pecuniam turpiter recipit. ĩ. de condi. ob turpē cau
sam. l. iij. ⁊. l. penul. sed pro defensione alterius licet pecuniam re
cipere. vt. ĩ. quod metus causa. l. metum. §. sed licet. vbi de hoc. et
de dona. l. si patronus. §. fi. ergo ⁊c. ⁊ de hoc vide quod dixi. C. de
commercijs ⁊ mercato. l. ij. Itē dico ꝙ ⁊ si verbis se non interpo
ponitur nec tenetur. ⁊ dato quod teneretur in modica pena tene
ret, vt habes textum in filio qui non punitur multum si non di-
xit patri sciens quod alius eum venerare volebat. vt. ĩ. de parri.
l. ij. ergo pro extraneo puniri non debet: ⁊ vide in gandino de pe-
nis versi. item pone quod ego vidi. ⁊ de defen. a reis faciendis. §.
sed pone qđ eram presens ⁊. C. de epis. ⁊ cleri. l. si quis non dicam
in fi. Gul. Quid si eum qui me vulnerauit statim fui insecutus ⁊
occidi: nunquid tenebor: ⁊ ar. ꝙ sic. ĩ. ad leg. aquil. l. iiij. ⁊. v. ⁊ de sic.
l. furem nocturnum. in contrariuz est. ĩ. ad leg. aquil. l. qua actio
ne. §. si quis in colluctatiõe. ⁊ arg. huius. l. que dicit vim vi repel
li licere. And. py. Et ad materiam istam vide pulchre in gandi-
no de homicidarijs. ver. vltimo circa presentem materiam ⁊ ꝟsi.
non sequitur punitio. alij habent ⁊ melius sub titulo de penis
8 in fi. Et an imputetur alicui qui dicit se fecisse ad defensionē † si
non fugiat: sed expectat inuasorem quē postea primo occidit vel
vulnerauit. Et qualiter constabit an habuerit verisimilē cãm ti
moris non possendi mortē euitare. dic ⁊ vide vt no. ꝑ zenglinuz
in clementinis de homici. ver. si furiosus. qđ qñ iudeus. ⁊ qđ dixi
ĩ. ad. l. aqui. l. quemad. §. item labeo. ¶ An licitum sit fratribus
minoribus vel alijs religiosis vel clericis se defendere ⁊ vim vi
9 repellere, vide plene per fratrem † Ray. in summa de homicidio
primo folio secunda columna ⁊ in additionibus super verbo se
⁊ sua liberando ⁊ de defensione cum moderamine inculpate tu-
tele vide per eum de bello iusto siue guerra vltra prin. ¶ Item
queri. vber. de bobio quid si duo reperiantur fortiter vulnerati
10 ⁊ non apparet qs eorũ fecerat ad defensiõem. rñ. ꝙ † ille q fortiꝰ
est vulneratus presumitur inchoasse ⁊ alius ad defensionē fecis- No. pro aduocatis.
se. vt. ĩ. ad leg. aqui. l. scientiã. §. cũ stramenta. vel dic posse distin-
gui quis eorũ magis esset rixosus vt ille presumatur incepisse: ⁊
alius ad defen. fecisse. nam consuetudo rixosi attendit, vt. ĩ. de pi
gno. ac. l. vel vniuersorũ. ⁊ de vsur. l. qui semises. ⁊ varie ex ꝑsonis
⁊c. vt. ĩ. de act. ⁊ ob. l. fi. i fi. vber. Et an ꝑ̃sumat factũ ad defensio
nē vel ad vindictam plene dixi. d. l. j. C. vnde vi. super ꝟ. inculpate
tutele moderamine. Querit ⁊ Gui. de suz. si duo cum proposito
se occidendi iuerunt ad quendam locũ ⁊ ambo se inuicē interfe
cerunt: an ambo debeant puniri vel nullus. ⁊ videtur qđ nullꝰ:
11 quia paria delicta compensatione † tolluntur. ĩ. so. ma. l. viro. vbi
de hoc. dicit tamen quod vterq3 ne delicta remaneant impuni-
ta. ĩ. ad. l. aquil. l. ita vulneratus. ⁊ de fideius. l. si a reo. ¶ Cõsue-
uit etiam queri an filio liceat violentiam a patre illatã ꝓpulsa
re. Et dic ꝙ violentiam illatam per patrem in rebus propulsare
12 nõ licet. nam cũ denegetur † filio accusatio contra patrē. vt. ĩ. de
accu. l. hi tñ. §. j. multo minus manualiter resistere. ⁊ ꝓ hoc de do
li excep. l. apud celsuz. §. aduersus. ⁊ de vi ⁊ vi ar. l. j. §. interdictũ
⁊ cuiꝰ fame parcitur ⁊c. vt. ĩ. de adulte. l. imperatores. §. liberto.
alias est sub. l. si adulterium cum incestu. Si aũt inferat violen-

tiam persone aut more patrio corrigendo:⁊ nõ lʒ resistere.vt in
authen.de nup.§.si vero expectet.⁊.C.de bonis q̃ li.l.cũ oportet
§.j.⁊ de pat.po.l.congruenti⁹.aut more hostis vulnerare vel in-
terficere volendo:⁊ tũc si alter euadere non põt impunita erit resi
stentia.ar.C.de inoffi.test.l.liberi.de parrici.l.diuu⁹.⁊ de reli.l.mi
nime.nec ob.j̃.de libe.⁊ posthu.l.in suis.vbi dicit̃ ꝙ licet patri fi
lium occidere:q2 illud iure antiquissimo hodie secus.vt.j̃.de sic.
l.inauditũ.de seruo dic ꝙ nõ licet sibi resistere cũ teneatur domi-
nuʒ ab alijs defendere,⁊ salutem domini sue saluti ꝑponere.j̃.ad
syl.l.j.§.eodem tecto.⁊.§.tulisse.⁊.l.cũ domin⁹ multomagis a se.
ar.j̃.de pac.l.cũ in eo.C.qui ⁊ aduersus quos.l.fi.⁊.j̃.de cõdi.ide.
l.frater a fratre.¶ Sed nunqd cõmodatarius depositarius ⁊ si
13 miles possunt repellere vim†que infertur reb⁹ quas possidẽt no
mine alieno dic ꝙ sic:q2 eis datur interdictũ vnde vi.vt.C.vnde
vi.l.non ab re.⁊ de vi ⁊ vi ar.l.cũ fundum.⁊.l.colon⁹.⁊ pro hoc
C.si per vim vel alio modo.l.j.Et idẽ in emphyteota supficiario
⁊ vasallo.ar.j̃.de rei ven.l.⁊ supficiario.⁊ vti possi.l.si duo.§.la-
beo.in fi.⁊ q2 habent vtile dominium ⁊ naturalem possessioneʒ
sui nomine.vt.j̃.si ager vectigal.per totum ⁊ ꝓ hoc.C.vbi in rem
act.l.ij.cũ ibi no.Sed qũo vniuersitas propulsabit iniuriam il-
lataʒ rebus vniuersitatis cum ea que sunt vniuersitatis nõ sint
14 singulorum,vt.j̃.de re.†diui.l.intantũ.§.vniuersitatis:rñ.con-
gregando vniuersitatem cãpana vel alio more solito.vt.j̃.de re.
iu.l.aliud.§.refertur.⁊ ꝙ cuiusqʒ vniuer.l.nulli.vel resistent p̃si-
dentes ⁊ regentes vniuersitati.ar.j̃.de condi.⁊ demon.l.munici-
pibus.⁊.C.de aduoca.diuer.iudi.l.restituende.posses etiam di-
stinguere vt dixi.C.vnde vi.l.j.¶ Itẽ quero:aliquis dixit titio
15 occidas seium al's te occidã:⁊ erat talis qui†poterat talẽ terro-
rẽ inferre:an puniri debeat.videtur ꝙ non:q2 ad defensionẽ hoc
est ad euitandam mortẽ hoc fecerit.hec.l.facit contra:q2 loquit̃
de defensione contra violentum non inferendo in alium ⁊ ꝓ hoc
optime facit.l.scientiam.§.qui cum aliter.j̃.ad leg.aquili.licet ex
glos.ibi posita posset argui contrarium.de hoc per Cy.in.d.l.C.
vnde vi.¶ Item dicit gl.qδ in defensionem alterius debet affe-
ctio considerari.Circa hoc dic ꝙ si fiat iniuria ei per quẽ patior
16 ⁊ competit mihi actio iniuriarum†vt filio ⁊ vxori vel ei per quẽ
patior contumeliam licet non competat mihi actio iniuriarum
ne agnato vel cognato ⁊ his casibus eos defendere possuʒ.vt.j̃.
quod metus cã.l.isti quidẽ.⁊ de iniu.l.lex cornelia.si sit solũ ami
cus vel vicinus dicit Guli.de cug.qδ possim eũ defendere circa
res:multofortius circa personam.vt.l.iij.§.cum igitur.j̃.de vi et
vi ar.⁊.l.sancimus.C.de sacrosan.ec.Iac.bu.dicit ꝙ hoc potest
facere si requiratur per eũ cui infertur iniuria:⁊ ideo dicit quod
cautum est cum aliquis congregat amicos vel vicinos ad sui
defensionem quod de hoc faciat fieri instrumentum:q2 tũc ipse
ipsam defensionem.facere videtur quam illi faciunt ei⁹ manda
17 to.¶ Ultimo nota quod hominem†homini incidiari nefas est
vnde Tullius li.iij.de offi.homo nature obediens homini noce
re non potest.Et Sene.li.ij.de officijs sic ait:Redeo ad formulã
detrahere igitur aliquid alteri ⁊ hominem hominis incommo
do suum commodũ augere magis est contra naturam q̃ mors
quam paupertas q̃ dolor q̃ cetera que possunt aut corpori ac-
cedere aut rebus externis.nam primo colit conuictuʒ humanũ:
⁊ societatem.si enim erimus affecti vt propter suum quisqʒ emo
lumentuʒ spoliet aut violet alterum disrumpi necesse est:nã que
maxima est secundum naturam humani generis societatem.vt
vnumquodqʒ membrum sensum hũc haberet vt putaret se pos
se valere.si proximi membri valitudinem ad se tradidisset debili
tari ⁊ interire totum corpus necesse esset.Sic si vnusquisqʒ no-
struʒ ad se rapiat commoda aliorũ detrahatqʒ quodcũqʒ possit
emolumenti sui gratia.societas hoĩm ⁊ cõitas vt euertat̃ neces-
se est.nã malit sibi vt vsqʒ ꝙ ad suum vite pertineat q̃ alteri acq
rere concessum est:non repugnante natura:illud natura non pa
titur vt aliorũ spolijs nostras facultates copias opes augea-
mus.neqʒ hoc solum natura.i.iuregentiũ ꝓhibet̃:sʒ etiã legib⁹
populorũ quibus in singulis ciuitatibus respublica contine-
tur.Eodẽ modo consti.est vt nõ liceat sui cõmodi cã nocere al-
teri hoc eñ spectãt leges hoc volunt incolumen esse ciuiũ coniũ-
ctionẽ q̃ qui dirimunt eos morte exilio vinculis dãno coercent
atqʒ hoc multomagis efficit nature ratio que est lex diuina ⁊ hu
mana cui patere qui velit oẽs aũt parebũt qui scδm naturã vi-
uere volũt nunq̃ cõmittet vt alienũ appetat.⁊ id qδ alteri detra
xerit sibi assumat.Etenĩ multomagis scδm naturam excelsitas
animi ⁊ magnitudo.Itemqʒ charitas iustitie ⁊ liberalitas q̃ vo
luptas q̃ vita q̃ diuitie que quidẽ cõtẽnere ⁊ ꝓ nihilo ducere cõ
parentem cũ vtilitate cõi magni animi ⁊ excelsi est:detrahere
autem alteri sui cõmodi causa magis est contra naturã q̃ mors
q̃ dolor q̃ cetera eiusdẽ generis.Itẽqʒ magis est scδm naturã ꝓ
omnibus gentib⁹ si fieri possit conseruandis aut iuuandis ma-
ximos labores molestiasqʒ suscipere imitãtes herculẽ illũ quẽ

Questio notabilis.

a ¶ Manumissiones.Adde bald.hic qui singulariter commẽdat secundam glos.ad hoc ꝙ i defensione alteri⁹ subeũda considerãda est affectio ita bolog.in addi.hic.

hominũ fama beneficiorũ memor in concilio celestiũ collocauit
q̃ viuere in solitudine.hec ibi ⁊ multa alia pulchra sequunt̃ ad
hanc materiã pertinentia.⁊ facit.j̃.e.l.iustitia.§.iuris p̃cepta.ibi
alterũ nõ ledere.⁊ in principio decretorum.⁊.j̃.de condi.indeb.l.
nam hoc natura.

1 ☞ Manumissiones ⁊ seruitutes sunt iurisgentium ⁊ manu-
missio non potuit precedere seruitutẽ q2 esset dare primo priua
tionem quam ⁊c.
2 Seruitus habuit originem ab ebrietate vide qδ dr̃ de noe sʒ ipa
seruitus approbatione est iurisgentium.
3 Uide remissiue aliquos casus in quibus nõ hʒ locũ regula ne-
mo dat qδ non habet.
4 Manumissiones an sint de iuregentium vel ciuili vide aliquas
opiniones.
5 Ad positionem libertatis sequitur remotio seruitutis tanq̃ ad
positionem vnius ex contrarijs sequatur remotio alterius.
6 Si depono penes te centum ⁊ dono tibi ducentum cum illis cẽ
tum depositis an in illis ducentum computabuntur illa centuʒ
deposita.
7 Ista verba ponere in manu alterius denotant translationẽ do-
minij vide late questionem.

a Manumissiones. [a]Manumissiones
1 ⁊ seruitutes† iurisgẽ
tium sunt.hoc dicit.⁊ manumissio non potuit p̃cede-
re seruitutẽ:q2 sic esset dare primo priuationẽ q̃ ha-
bitum.primo ponit dictũ;vsqʒ ibi,est aũt.¶ Ibi ponitur decla
ratio dicti vsqʒ ibi que res.¶ Ibi comprobatio dicti vsqʒ ibi:
⁊ cũ vno.Ibi illatio vsqʒ in fi.¶ Ibi datio.i.detectio.¶ Opp.
quod seruitus nõ habuerit ortũ a iuregẽtiũ:sʒ ab ebrietate.vt
no.in gl.j̃.de his qui sunt sui vel alieni iur.l.j.vltra prin.⁊ not.
etiã.j.di.iusgentiũ.⁊ probat̃ in text.xxxv.di.c.sexto die.⁊ no.per
Gof.in sum.de iude.§.pe.eo.ti.c.ita quorũdã.in glos.Berna.cũ
Noe esset ebrius ⁊ esset discoopertus vnus filiorum cũ coope-
2 ruit alter resistit:⁊ ideo†derisorem alterius seruum fecit vt ple-
ne habetur Geñ.ix.c.dic ergo qδ seruit⁹ traxit originẽ ab ebrie-
tate:sed iurisgentiũ est approbatione.⁊ ita no.d.gl.¶ Secũdo
op.quod gl.hic dicit litera quod ille manumittat dat libertatẽ
aut dat suam ⁊ sic remanet liber aut alienaʒ ⁊ hoc nõ põt:quia
nemo dat qδ non habet.vt.j̃.de acqui.re.do.l.traditio.gl.respõ.
duobus modis vno modo qδ exponatur datio.i.detectio:quia
iuregentium oẽs liberi nascebantur.talis libertas offuscata est
per seruitutẽ.vñ manumissio astringit talẽ maculã seruitutis:
⁊ per cõsequens detegit libertatem que competebat iure natu-
rali.⁊ hanc approbare vr̃ Iaco.butri.alio modo respondet gl.
ꝙ lʒ regulariter sit verũ qδ nemo dat qδ non habet fallit tamen
3 in casibus†in glo.no.insti.quib.alie.lic.in prin.Et yr.metu hu-
ius contrarij posuit hic breuem ⁊ obscurã gloss.que talis est.in
quibus ius non disponit,sed dispositum custodit ⁊ confirmat
yr.q.d.ius non compellit manumittere.sed si manumittatur cu
stodit ⁊ cõfirmat libertatẽ competenteʒ ex manumissione.Sed
hoc non est verũ:q2 quandoqʒ quis compellit̃ manumittere.vt
j̃.de iudi.l.qui se dicit.vel aliter.iusgentiũ non dat vel creat ma-
numissio libertatẽ nouã:sed eã que est natura homini custodit
⁊ seruãtes maculã astergendo.Iac.de are.⁊ sic yr.vr̃ approbare
primam sol.Similes gl.obscuras ponit yr.C.de in integ.restit.
mino.l.fi.⁊ si aduer.ven.l.j.gl.Sed contra istam sol.videt̃ quod
dicitur in sequenti gl.vbi dicitur quod serui nascuntur ⁊ est ve-
rum,vt.j̃.de natal.resti.l.interdum.serui etiam nascuntur ex an
cillis,vt.j̃.de iur.perso.l.iiij.⁊ insti.de iur.perso.§.serui.ergo nõ
est verum quod iure naturali quilibet sit liber,et per consequẽs
manumissio dat veram libertatẽ non autem detegit quod non
erat.Item libertas est naturalis facultas eius quod cuiqʒ face-
re libet.vt.j̃.de sta.ho.l.libertas.hanc autem non hʒ seruus er-
go non potest liber de iure naturali.Ad hoc dicit Iaco.butrig.
quod est considerare ius naturale in terminis sue prime dispo.
sitionis sine potentia reductionis ad actum vt in seruo in quo lʒ
de libertate disponat deficit potentia propter iuris ⁊ gẽtiũ ob-
staculum tunc quatenus obuiat his que sunt iuris ciuilis im-
peditur quatenus non ob.non impedit ea que sunt iuris natu-
ralis.vt.l.quod attinet.j̃.de reg.iu.⁊ si hoc est in parte idẽ in to-
to.si in totuʒ tollatur obstaculum iure ciuili qδ fit per manumis
sionem.Iac.⁊ iõ dicunt quidam quod manumissio nõ est de iu
4 regentium,sed ciuili:q2 aut fit in testamento†quod est de iure ci-
uili.vt.j̃.de testamẽtis.l.iij.aut inter viuos,⁊ illa fit coram magi
stratibus qui sunt de iure ciuili.vt.j̃.de orig.iur.l.ij.vnde dicunt
manumissiones esse de iuregentium occasionaliter non introdu
xit seruitutes ex hoc occasionaliter orte sunt manumissiões.Et
ad.l.istam respondent:q2 exponunt que res:id est seruitus lʒ gl.
exponat.i.manumissio.Pet.tʒ quod manumissiones sint de iu
regentium:

regentium: et quod iuregentium erant alij modi manumittendi q postea sunt declarati, seu inuenti de iure ciuili vn ipsa manumissio originē habuit a iure gētiū lz modi manumittēdi habuerint originē a iure ciuili fm eū. Et io Jac. de ra. tz secundā solutionem et adducit talē similitudinē creditor qui hz debitorē obligatum si liberat eum dat sibi liberationem quā non hz: nā illud quod est obligatio apud creditorem est liberatio apud debitorē, alia similia sunt in gl. de vsufru. formali causali. vt. l. qd nostrum. de vsufru. et de creditore qui vendendo pignus transfert dominium qd non hz. Gui. tenet proprie verbū datio. et dicit quod do meā libertatē: nec propter hoc mihi auferē, imo augetur sicut dicitur de scientia que docendo augeē. ff. de leg. iij. l. seruis legatis. §. ornatricib⁹. et. C. de excusa. artificū. l. fi. li. x. et sicut videmus in lumine: qz si accendo tibi lumen nō propter hoc extinguitur meum et ita est in libertate. et pro hoc institu. de libertinis. §. sed dedititiorum et improbat expositionem gl. s. detectio per. l. duobus. ff. de liberali cā vel aliter dicit q ad positionem li-
5 bertatis sequitur remotio† seruitutis: qz sunt contraria. vt hac l. in fi. et. d. l. duobus. nam appositionē vnius contrariorum seqē alterius remotio. vt. ff. de ver. ob. l. ille aut ille. ita est qd ad remotionem seruitutis sequitur positio libertatis. Et pro hoc bñ. C. ex quib. cau. serui pro premio accipiūt libertatē. l. j. et quod dicit in alijs seruitutibus. ff. de seruitu. vrba. pre. l. si edes. §. libertas. ¶ Item opponit gl. ad fi. l. quodā silogistico modo si tria genera hoim esse ceperunt: et vnum erat ante: ergo sunt quatuor. hic est fallacia cōpositionis et diuisionis. de qua no. ff. de ver. oblig. l. quoties. qz primum computatur in tribus quod dic vt in gl. Et sic facit hec gl. qd si deposui penes te cētum et postea dixi cū illis
6 centum† dono tibi ducenta quod sola videantur donata et ipsa ducentum vt in ducentis computentur prima. c. deposita. et pro hoc etiam facit gl. ff. de ver. obli. l. quoties. et qz quod minimum est sequimur. ff. de reg. iur. l. semper. sed casus est in contrarium ff. de rebus dubijs. l. si is qui ducenta. in princ. nec ob. hec glo. qz hic non fuit aliqua repetitio vel coniunctio. Gui. et And. py. et pro hoc. ff. de orig. iur. l. ij. §. diuus deinde Aug. Quid autem de ascriptis et monachis an sint serui vel liberi. dic quod sunt liberi vt no. insti. de iur. perso. in princip. ¶ Item colligit Ja. butri. exponendo verbum datio, id est detectio quod si prefixa est dilatio iudici, et inquisiuit in ea: sed post inquisitionē probauit reus se alibi fuisse tempore delicti quod possit iudex inquirere: an ibi fecerit cū non probet sed probata detegat: et pro hoc. C. de adul. l. si qui adulterij. ¶ Ultimo Jaco. de ra. colligit ex illis verbis manui et potestati et c. quod si aliquis donauit castrum alicui cū pacto quod non ponat in manu alterius sub certa pena, et iste donatarius commodat vel locat castrum alicui, quod non incidat in penam. Cy. et Ray. tenent contrarium. C. de rebus alie. nō alie. l. fi. vt ibi dixi. Jacob. de rauen. facit quia ista verba in ma-
7 nu alterius denotāt translationem† dominij vt hic patet de seruo qui dicitur suppositus manui et potestati quo ad dominium. et pro hoc. ff. de ver. significatio. l. potestatis. ff. de seruis exportā. l. titi⁹ de contrahend. emptione. l. si quis sub hoc pacto et esset expressum de legatis. ij. l. codicillis. §. instituto. et hoc nisi in fraudem fieret. vt in authen. de alie. et emphy. §. locatores. et in vsib⁹ feudo. qualiter feudum possit. ab inuentione non quia iusgentium.

1 ¶ Ex hoc iuregentium introducta sunt bella dominia contractus quibusdam exceptis.
2 Quatuor regna principalia.
3 Antiquitus homines habitabant in syluis demum excrescētibus hominibus ceperunt facere tuguria domos et c.
4 Istud ius gentium habuit ortum post ius naturale ex quo ceperunt homines simul viuere quod dr fuisse tempore cayn et c.
5 Duobus modis potest dici bellum licitum non licet arma suscipere sine licentia principis.
6 Bella que prouenerunt a iure gentium processerūt propter ista duo pronomina meū et tuum: que si tollerentur et c.
7 An vacante imperio possit fieri bellū et eo vacante succedat ecclesia.
8 An duellum sit a iure concessum.
9 Diffidatus nō respondens diffidanti sed intrans eius territorium et deuastans manu armata an dicatur proditor.
10 In statu innocentie anteq̄ hmo peccaret non erant ppietates neq dominia sed omnia erant communia omnibus.
11 Proprietates et dominia fuerunt introducta propter peccatum vnde Jacob. in epistola et c.
12 Dominia an sint de iure ciuili.
13 Emptiones et venditiones an sint de iuregentium.
14 Contractus an sit facti vel iuris et quotupliciter consyderetur contractus.
q̃ specialiter sunt cõmissa maioribus transeant data iurisditio
ne,vt.C.de officio eius qui viceʒ alterius iudi.obtinet.l.ij.solu.
ibi nõ est delegatus sed in locũ mortui subrogatus vel ꝑpetuo
absentis qui est ordinarius vt ibi no.ꝛ dixi.vnde hʒ iurisditio
nẽ ordinariã a lege cõmendatã ſm Rofre.ꝛ sic aliud est habe-
6 re iurisdictionẽ delegatã,aliud cõmẽdatã a lege:†qꝛ talis est or
dinarius vt no.per ipm̃ Rofre.in libello suo scđo folio sub ti-
tulo que cause possunt delegari prima colũna vbi de ista mate
ria bene no.ꝛ in Speculo eo.ti.§.fi. ¶ Quarto op.qđ hic dici-
tur ꝙ in casu absentie possunt delegari:sed contra quia ꝓhibi-
ti sunt loci seruatores vt in auť.vt nulli iudi.ꝑ totum de man-
da.princ.§.eos.ꝛ vt iudic.sine quoquo suffrag.§.nullo quoqʒ.
Sol.dicit glo.aliud est habere loci seruatores qui erant bara
tatores ꝛ ꝓuincias spoliabant.ꝛ hoc non licet vt in contrarijs
sed habere iudices delegatos in casu absentie ꝛ ad tempus hoc
est concessuʒ vt hic.loci enim seruatores erant officiales quibꝰ
cõmittebatur cura ꝛ visitatio ꝛ inquisitio certorum locorum ꝑ
presidem ꝓuincie ꝛ referebãt sibi.ꝛ quia isti oĩa mala faciebãt
ideo fuerunt ꝓhibiti vt in cõtrarijs qđ est contra archiepisco-
pos ꝛ ep̃os qui cõmittunt visitationes aliquorũ monasteriorũ
vel ecclesiarũ aliquibus quas ꝑsonaliter facere deberent iusto
impedimento cessante. sed hoc faciunt vt euitent laborem.de
hoc vide extra de offi.ordi.c.si episcopus.lib.vj.cũ ibi notatis.
7 ¶ Quinto op.ad idem: hic dicitur qđ p̃sides†in casu absentie
possunt delegare sed videtur ꝙ non animaduersionẽ vt in auť.
de collatore.§.ꝓhibemus.so.dic qđ p̃sides in casu absentie pos
sunt delegare tales causas quo ad cognitionem tñ ꝛ sic loquiť
hic sed quo ad diffinitioneʒ vel executionẽ non,vt in cõtrario.
quidaʒ tñ contra vt.j.in distinctione dicetur.sed instatur quod
etiam quo ad decisionẽ possit vt.C.de offi.eius qui vicẽ alteriꝰ
iudi.obtinet.l.ij.sed illa intelligitur ſm istam.s.vt possit preter
vltimum supplicium ꝛ membri abscissionem vt vbi not.ꝛ dixi.
vel verius dic qđ ibi loquitur in suspecto loco mortui vel ꝑpe-
tuo absentis qui est ordinarius.ꝛ habet iurisditionem cõmen
datam,ꝛ habet merum ꝛ mixtum imperium in cognoscendo ꝛ
exequendo vt.s̃.ꝓxime dixi. Et est ex̃pssum.j.de leg.iij.l.j.§.pre-
fecto vero p̃torio.alius vero delegatus in casu temporalis ab-
sentie solum habet cognitionem vt dicto.§.ꝓhibemus.in auť.
8 de collatore.†Fallit tamen ſm Pet.vbi esset insignis latro vel
malefactor cuius sententiam differre in aduentum p̃sidis esset
periculosuʒ: qꝛ tũc delegatꝰ ex cã absentie posset ꝓcedere ad sen
tentiaʒ ꝛ executionẽ.argu.j.de operis no.nun.l.de pupillo.§.si
qs riuos.ꝛ de iniusto testa.l.si qs filio exhere.§.hi autẽ oẽs.ꝯs.
nisi forte.vñ dicit Cy.se defendisse quẽdã amicũ suũ q remansit
in carceribus cuiusdam potestatis absentis ꝛ fuerunt suspensi
quidam insignes latrones.sed licet ista opinio Petri ꝛ Cy.sa
tis sit equa tamen p̃dictus versi.nisi forte.qui magis facit pro a
ipsa opinione non loqtur in iudice delegato sed in iudice ordi
nario.s.in p̃side,vt ibi patet:vnde forte non est veruʒ in delega
to.de hoc dicaʒ.j.in distinctione. ¶ Sexto op.quia hic dicitur
a quod argumẽtum a cõtrario sensuᵃ est fortissimũ†ꝛ ad hoc se-
9 pe allegať ꝛ bene facit.j.mãdati.l.si ꝓcuratorem.§.si ignorãtes
ꝛ ibi in glo. Cõtra.C.de epi.ꝛ cle.l.cõuenticulã.vbi nõ resultat
argumentũ a cõtrario sensu de iurisdi.om.iud.l.nemo.ꝛ de cõ-
ditio.insert.l.cũ patrẽ.vbi non resultat argumentum a contra
rio sensu. ¶ In hoc sunt varie opiniones,sed quo ad.l.cõuen-
ticulã põt dici qđ ibi resultat argumentũ a cõtrario sensu qua
tenꝰ dicit ꝯuẽticulã illicitã ꝓhiberi. ¶ Unde em̃ seqť qđ licita
cõcediť sed nõ seqtur qđ dicitur extra ecclesiã:qꝛ nõ seqť qđ in

a ¶ Argu.a ꝯ-
rio sensu. Ad
de Bar.ꝛ Alle
xã.hic bal.i.l.
cõuẽticulã.de
epis.ꝛ cle.doc.
in.l.si ꝯo.§.de
viro.j.sol.ma.
i.l.iter socer.§.
cũ iter.ff.đ pac.
do.in.l.q testa
mẽto.§.mľier.
de testamen.

ecclesia,sed ibi ideo qꝛ resultaret absonus ⁊ prauus intellect⁹
vt ibi dixi. ¶ Sed pro generali solutione omniũ cõtrariorum
forte ſm Odofre.vt no.in.l.cõuenticulã.C.de episc.⁊ cleri.Dic
aut illa ꝓpositio iuris ex qua colligit argumẽtũ a ꝯtrario sen-
su habet istã monosyllabã si,⁊ tũc resultat:⁊ ita loquit hic si ꝓ
ficiscatur ⁊c.aut nõ hꝫ ipsam monosyllabã ⁊ tũc cessat vt in cõ
trarijs. ¶ Sed ista solutio nihil valet,cũ multe leges reperian
tur:in quibus nõ est dictio si,⁊ resultat argumẽtũ a ꝯtrario sen
su,vt insti.per quas pso.§.ex his iuncto etiã principio. ¶ Pre
terea in legibus cõtrarijs lꝫ nõ sit expresse subintelligitur tamẽ
p resolutionẽ,vt cũ dicit cõuenticulã illicitã subaudit si est ex-
tra ecclesiã.⁊ nemo declinet examẽ ordinarij si est lis cõtestata.
Alij vt Odofre.Jmo.Oldra.vt no.in.d.l.conuenticulam.⁊ se
quaces dicũt argumentũ a contrario sensu est fortissimum.ve-
rũ est nisi lex sit expressa in cõtrariũ vel ratio naturalis.vel nisi
resultaret prauus intellectus ex argumento a contrario sensu.
tũc enim nõ hꝫ locũ ipsuꝫ argumentũ,vt in legibus cõtrarijs.
nam ꝙ nõ declinet iudex ordinarius etiã ante litẽ cõtestatã ꝓ-
hibet p aliã.l.C.de iudi.l.aptissimi.⁊ ideo ex.d.l.nemo.C.de iu-
ris.om.iudi.non resultat argumentũ a contrario sensu in.l.con
uenticulã.ꝓhibet ratio naturalis:qꝛ deterius est facere cõuen
ticulã illicitã in ecclesia ꝙ extra in.l.cũ patrẽ.esset abson⁹ intel-
lectus si resultaret argumentũ a cõtrario sensu vt ꝓbatur in.l.
titia.§.idẽ rñ.de ver.ob.⁊ sic soluũtur predicta contraria.⁊ hãc
opi.sequit Jo.monachus cardinalis extra de elect.c.generali.
lib.vj.⁊ per Jo.an.de eta.⁊ qualita.c.vnico.lib.vj.alij vt Azo
in brocardis de legibus ⁊ verborũ statutis rubricella cõtrari⁹
sensus legis circa mediũ brocardorũ ⁊ sequaces tenẽt qd si mo
nosyllaba si,adiecta ꝓpositioni ex qua sumi debet argumẽtuꝫ
a cõtrario sensu accipiatur pro qꝛ.⁊ sic causaliter sicut accipit
hic si ꝓficiscit.i.quia ꝓficiscitur:tũc resultat argumẽtũ a cõtra-
rio sensu.Si vero dictio si,accipiatur conditionaliter:tũc est ꝓ
babile argu.fallit enim vbicũqꝫ lege vel argumẽto probari po-
test nõ esse recipiendũ vel sumendũ argumentum a cõtrario sen
su,vt.C.de condi.causa data.l.dictam.ibi enim nõ sumit argu
mentũ a cõtrario sensu ne sit cõtra aliã.l.eo.ti.l.si militẽ.⁊ sic lo
quunt cõtraria ⁊ vbicunqꝫ subaudim⁹ maxime si v̄o ꝓbari nõ
possit cõtrariũ alia.l.tũc resultat vt hac.l.cũ concor.⁊ ad hoc ex
tra de regula.⁊ transeuntibus ad religionẽ.c.cũ virũ.in fi.⁊ ibi
in glo.⁊ de his q̃ fiunt a prela.sine cõsen.capi.c.cũ apostolica ⁊
in hoc stat opinio Azo. ¶ Sꝫ Cy.ad eius cõprobationẽ indu
cit exẽplũ ⁊ fuit Jaco.de ra.si promitto tibi.x.si nauis ex Asia
venerit.nõ sequit si nõ venerit qd non sum obligatus.nam cuꝫ
cõtrahitur sub conditione ea existente cõtrahit obligatio.sꝫ si
deficiat nõ seqtur cõtrari⁹ intellectus qd ea deficiente deficiat
obligatio.⁊ ita est in prealleg.l.cũ patreꝫ.C.de condi.inser.vbi
dicitur si nõ diuertat filia caueat nõ seqtur si diuertat ꝙ nõ ca-
ueat. ¶ Circa quod attendendũ qd euentus cõditionis[a] nõ in-

a ¶ Euent⁹ cõditionis. Add Bart.⁊ Jo.de Por.i.l.qties.i die.de v.ob.⁊ ibi Alex.⁊ i.l.ita stipulat⁹.e.ti.Bal.i repe.l.qd te.vj.co.si cer.pe.⁊ i.l.⁊ si post tres.si qs cau.

10 ducit obligationem† sicut probat Hugo.i indissolubilibus.⁊
no.i gloss.j.de verbo.obl.l.a titio.sed conuentio siue cõtractus
precedens iducit obligationem conditione existente.sed si con-
ditio deficiat verũ est ꝙ non dabo non virtute cõuentionis pre
cedentis iam facte qꝛ non est obligatio.nam si esset obligatio
itroducta in defectũ conditionis desineret ⁊ obligaretur ille ad
non petendum.non seqtur ergo si nauis non veniat obligatio
deficiat ⁊ quod tibi non tenear.imo nunꝙ fui obligatus.⁊ sic
iducit.d.l.cum patreꝫ.vbi dictio si,ponitur conditionaliter et i
eius defectum non resultat.argu.a contrario sensu ⁊ idẽ colli-
gitur ex.d.l.dictam.C.de cõdi.ob cau.⁊ hoc voluit dicere Azo
11 ⁊ bene.†ad priuationẽ enim obligationis oportet obligationẽ
precedere,vt.s.de iusti.⁊ iure.l.manumissiones. ¶ Sed contra
hoc videtur ꝯetiam vbi dictio si,ponit conditionaliter tunc re
resultat argumentum a contrario sensu,vt.l.si repetendi eo.tit.
de condi.ob causam. ¶ Sed dic quod ibi nõ ponit conditiona
liter sed causatiue.nã ibi i cause defectum cõtrahit obligatio.⁊
qd sic accipiatur ptꝫ ex rubr.illi conti.q̃ dicit de ꝯdit.ob cãm.s.
secutam. ¶ Sed adhuc istatur ad idẽ contra Azo.nã si aliqs
12 ꝓmittit annua vel singulis annis† videtur promisisse quolibet
anno si viuam vt.j.de annis lega.l.in singulos.⁊ tñ dicit.l.qd
si ꝓmittas quoad viuã heres meus est obligatus ad non petẽ
dum ⁊ põt repelli exceptione taciti pacti.ergo nõ est verum qd
dixi qd i defectum conditionis nõ deficiat obligatio ⁊ non re-
sultet argumentũ a ꝯtrario sensu:⁊ ideo videtur obstare Azo.
⁊ tollere oia predicta.j.de verb.obl.l.eum q ita.§.q ita.cuꝫ si.ad
hoc respondetur qd falsum est quod vbi ꝓmittitur per stipula-
tionem singulis annis vel quoad viuam qd sit stipulatio cõdi
tionalis.Jmo est pura vt.ff.de donatio.causa mortis.l.sena-
tus.§.fi.⁊ de verbo.obl.l.si stichum.§.stipulatio.⁊ ideo cũ adij-
citur quo ad viuã videt pactũ iterpositum qd post mortẽ nõ pe
tat:⁊ ideo heres meus exceptione repellitur,non ob.leges alle

gate qꝛ loquuntur i vltimis voluntatibus vbi legatũ annuum
vel singulis annis vel quoad viuã itelligitur conditionale pro
sequentib⁹ annis vt dicta.l.si i singulos.⁊ ideo heres legatarij
ipso iure repellit ſm Pet.rõ diuersitatis iter stipulationẽ ⁊ le-
gata colligitur qꝛ i stipulationib⁹ versatur factum stipulãtis
i legato non sed sola volũtas testatoris:⁊ ideo plus debet ope-
rari factũ suũ ꝙ alienũ.similis ratio no.isti.de verb.obl.§.ex cõ
ditionali.⁊ ideo Dyñ.i.d.§.i additione sua non bene dicit vbi
facit differentiam iter stipulationem conceptã singulis annis
⁊ conceptã sub istis verbis quoad viuã qꝛ primam dicit esse in
diẽ.secũdã conditionaleꝫ qd nõ est verũ qꝛ sic sequeretur qd de
fectus conditionis iduceret argumentũ a contrario sensu qd
s.reprobatũ est scdm opi.Azonis concludendo ergo opi.Azo
nis obscuram dic.qd vbi ponitur monosyllaba si causatiue re-
sultat argumen.a contrario sensu vt hic cũ concor.vbi non po
nitur ꝯditionaliter nõ resultat vt i ꝯtrarijs.⁊ ista opinio Azo
nis videtur bona.⁊ si diceretur multas leges reperiri vbi non
est dictio si,⁊ tamen qñqꝫ resultat argumen.a cõtrario sensu.⁊
qñqꝫ non dicendum quod lꝫ dictio si sibi nõ sit aliquãdo expres
se:tamen subintelligitur ex conceptione verborum vt predixi.
13 ¶ Alij vt Jac.de ra.Pe.⁊ sequaces dicunt† ꝙ argumentuꝫ a
contrario sensu habet locum ad destructioneꝫ cause finalis vt
sic cessante causa cesset effectus.nã hic causa finalis quare p̄ses
delegare poterat est causa absentie.ea ergo cessante non potest
committere.⁊ hoc traxerunt a Dy.q hoc no.extra de reg.iur.
c.peccatum non remittitur.super verbo restituatur. ¶ Ad iu-
ra contraria potest responderi.primo ad.l.conuenticulã.C.de
episcopis ⁊ clericis.dicitur conuenticulã illicitã extra ecclesiaꝫ
fieri non licet:seqtur ergo quod intra ecclesiaꝫ sic.dico ꝙ nõ qꝛ
finalis causa non est qꝛ extra ecclesiam:sed qꝛ illicita:⁊ ideo cũ
illa causa duret:ideo ꝓhibetur vbiqꝫ.⁊ ea cessante vt qꝛ licita
bene resultat argumentum a contrario sensu:quia licita fieri
potest itra ecclesiam ⁊ extra.ad.l.nemo de iuris.om.iud.vbi di-
citur post litem contest.ordinariũ non recusari ergo a contra-
rio sensu ante litẽ conte.põt.nõ sequitur qꝛ non est causa fina-
lis litis cõtestatio:sed quia iudex est ordinarius,vt.C.de iudi.
l.apertissimi.Jtẽ i.l.cũ patrẽ.C.de cõdi.i ser.nõ fuit causa fina-
lis nõ diuertere sed ne fieret fraus legato,vt.j.vt leg.no.caue.p
totũ.Et per istam viam possunt solui alia cõtraria si qua repe
riuntur.⁊ allegant plura i dictis brocardis Azo.Et de isto ar
gumento a contrario sensu notaui i.d.l.conuenticulam.⁊ no.i
decretis.ix.dist.c.§.quicunqꝫ.i glo.⁊ per Archi.viij.q.j.c.scien
duꝫ.circa si.xxxij.dist.c.hospitiolum.xlj.dist.c.vbi nõ resultat
arg.a contrario sensu.⁊.iij.q.iiij.c.beatus.vbi de hoc p Arch.
xxiij.q.ij.c.sane.⁊ plenius per ipsum Archi.xvij.q.ij.c.j.quod
icipit Gonsaldus. ¶ Sed scdm Guil.de cu.predicta distin-
ctio Azo.⁊ quasi oia predicta videtur tollere.l.j.de pact.dota.
l.iter socerũ.§.cum iter.vbi expresse ꝓbatur qd ex propositione
conditionali resultat argumentũ a contrario sensu.Et si dica
tur qd ibi nõ est cõditio si,dic qd est eqpollens:qꝛ ibi fiebat pa
ctum filia defuncta sine liberis ⁊ fiebat p verba ablatiui abso-
luti q̃ obtinẽt vim cõditionis,vt.j.de statuliber.l.cum heres.§.
si duo de fideicõmis.liber.l.thais.⁊ de ꝯdi.⁊ demõ.l.a testatore.
¶ Nec ob.ratio supra tacta qd i defectũ conditionis non defi
ciat obligatio que nõ precessit:qꝛ p̃uatio presupponit habitũ
seu obligationẽ precedentem:qꝛ dico qd cõtract⁹ põt sumi du
pliciter.p̃mo i habitu q est de presenti.alio modo q non est de-
presenti sꝫ põt esse i futurũ.Unde cũ ꝓmitto si nauis ex asia ve
nerit poterit esse qd ero obligatus si venerit.nã si venerit volo
esse obligat⁹.⁊ sic est habitus q euenire põt:⁊ ideo põt sumi ar
gumẽtũ a cõtrario sensu qd si nõ venerit nõ sim obligat⁹.Ad
qd facit ꝙ dicit i cã.j.de ꝯdi.⁊ demon.l.cũ tale.§.falsaꝫ.Unde
ſm Guil.non videt ꝓcedere dicta distictio Azo. ¶ Quid er-
go dicemus vere nõ puto posse tradi generalẽ doctrinã de isto
argumento a contrario sensu qn subtiliter ituenti recipere pos
set istãtiã. ¶ Tamẽ ex p̄ditis oibus colligi põt talis distictio.
14 †aut i contrario sensu est aliqd dispositum p aliã.l.tũc non sũ-
mitur argumentum a contrario sensu,sed statur dispositioni
illius.l.sicut patet.C.de epi.audiẽ.l.ij.vbi dicit ꝙ clericus ante
diffinitiuã sniaꝫ non põt appellare.nõ seqt a ꝯrio sensu ergo
post diffinitiuã põt appellare,hoc em ẽ dispositũ p alias leges
vt.C.⁊.ff.de appel.p totũ.Jtẽ hoc clarius probatur i prealleg.
l.nemo.C.de iurisdi.om.iud.vbi dicit post litẽ contestatẽ ordi-
narium non recusari.non seqtur a cõtrario sensu,ergo ante li-
tẽ contestatã põt:qꝛ hoc est dispositum i cõtrariũ per aliã.l.vt
C.de iudi.l.apertissimi.Si vero i sensu cõtrario nihil est dispo
situm p aliam.l.tunc potest sumi argumentum a contrario sen
su nisi esset contra mentẽ ꝓferentis vel contra naturalem ratio
nẽ.vel nisi aliquod absurdũ sequeret ⁊ tũc dictio si,ponit cau-
saliter ⁊ posset dici.aut cessat causa finalis dispositiõis.⁊ põt
sumi

sumi argumentū a cōtrario sensu nisi esset cōtra mentē ꝓferen-
tis vel cōtra naturalē inclinationē, vel nisi aliqđ absurdū seque
retur: ⁊ tūc dictio si, ponit̄ causaliter ⁊ posset dici aut cessat cau
sa finalis dispositionis ⁊ pōt sumi argumētū a cōtrario sensu.
aut nō cessat ⁊ tūc sumi nō pōt. dici tūc etiā argumētū a causa
cessante. Itē si lex disponit casualiter. i. specialiter ī vno casu re
sultat argumentū a ꝯtrario sensu qđ sec⁹ sit in alijs casibus: qꝛ
15 qđ in vno permittit̄ in ceteris ꝓhibet̄ † ⁊ tunc pōt etiā dici ar-
gumētū a ꝓhibitis ⁊ ꝑmissis. ⁊ ita etiā pōt intelligi hic: qꝛ lex
disponit qđ preses vno casu pōt delegare. s. cū necessario ꝓfici-
scitur ergo in alijs casibus secus. Si vero lex disponit cōditio
naliter. tūc qꝛ cōditio cū cōditionato hn̄t se cōuertibiliter vt ha
16 beat locū ꝯditionatū vbi hꝫ locū cōditio, † ⁊ ea cessante cesset,
vt. ꝭ. de ꝯdi. ⁊ demon. l. q heredi. ⁊ de cōdi. indebit. l. qui ꝓmisit,
tūc si querit̄ an dispositū sub cōditione cessat ea cessante, dic qđ
sic: ⁊ ideo hoc respectu hꝫ locū argumētū a ꝯtrario sensu. sed si
querit̄ an ex vi dispositionis noue hoc ꝯtingat, dic qđ si ille ef-
fectus pōt haberi absqꝫ vi noue dispositiōis subintellecte, vt cū
ꝓmitto sub conditione. nā tunc etiaꝫ nulla subintellecta noua
dispositione deficiente conditione nō teneor vt superius est pro
batum: tūc nihil subintelligitur nec resultat argumentū a con
trario sensu vbi non aliter non pōt haberi effectus nisi ꝑ subin
tellectum noue dispositionis tūc subintelligitur vt dicta. l. inter
socerum. §. cum inter. de pact. dot. ibi eīm nō posset dotē retine-
re sibi subintellecta noua dispositiōe. ⁊ ideo subintelligit̄. ⁊ sic
intelligit dictum. §. Guli. de cun. ⁊ de isto argumēto aliquid te
tigi in alphabeto dictione argumentuꝫ. ver. a contrario sensu.
17 ¶ † Sed nūquid ex statutis potest sumi argumētū a cōtrario
sensu? ꝓ inuestigatione veritatis huius q̄ōnis videndum est an
argumentū a contrario sensu veniat ex ꝓpria significatiōe ver
borum an non. nā si ex propria significatione veniret: tunc etiā
sumetur a statuto. Si non: non posset sumi qꝛ statuta sunt stri-
cti iuris ⁊ non recipiunt interpretationem extensiuam vt dixi
de publicanis. l. cesar. ⁊ per Dy. ꝭ. de verb. signifi. l. ij. ⁊ dixi in si-
mili q̄ōne. ꝭ. de vi ⁊ vi ar. l. j. §. deiecisse. ¶ Dicendum est ergo
18 † quod istud argumentum nō venit ex ꝓprio significato verboꝝ
sed ex quadā interpretatione ⁊ subauditione. ⁊ hoc tenet Ray.
⁊ allegat. C. de furtis. l. apud antiquos. ⁊ hoc bene probatur. ꝭ.
si certū petatur. l. pecuniam. qꝛ si sumeretur ibi a contrario sen-
su ageretur ex contraria stipulatione qđ non est verum. Immo
agitur ex prima. vnde potius primū relinquit in suo esse ꝙ con
trarium sensum inducat sicut patet etiam ex his que predixi de
obligatione cōditionali. igitur a statuto non resultat argumē-
tum a cōtrario sensu. ⁊ ita cōmuniter doctores tenēt ⁊ aduoca
ti de alijs argumētis que hic sumuntur in gloss. dic vt in alpha
19 beto dictione argumentū. ¶ Potest etiam s̄m Mar. † sili. hic
sumi argumentū a consequenti destructo. est eīm hic consequēs
quia preses habet necessarie abesse si hoc destruatur ⁊ remouea
tur destructum est antecedens. s. qđ delegari possit ⁊ de hoc ar.
habetur. ꝭ. de public. l. eum qui. j. rn̄so. ⁊ in alphabeto dictione
argumentū. ver. a cōsequenti destructo. ⁊ pro hoc. C. de arbi. l. j.
¶ Expeditis predictis veniamus ad questiones materie no-
stre. l. Et primo quia ista. l. facit differentiam inter maiores ma-
gistratus ⁊ maiores qui sint isti. ⁊ gloss. hic tangit quatuor or-
dines magistratuum ex quibus dignoscuntur maiores et mi-
nores. et latius in cor. auth. vt ab illustribus et qui supra eos
sunt. ⁊. s̄. de senato. l. qui indignus. ¶ Sed querit̄ glo. hic omi-
sit ⁊ nihil dixit. de superillustribus. dicunt quidam quia non re
peritur quod habeant merum imperium vel mixtum sed solū
voluntariam iurisditionem vt. s̄. de offi. cōsul. l. vna. sed hoc est
falsum qꝛ imo habēt merum imperium, vt. ꝭ. de ap. l. j. §. ij qui.
⁊. ꝭ. de arbi. l. iij. vnde dic s̄m Pe. ꝙ lꝫ habeāt merū imperium:
non tn̄ exercent sicut alij: qꝛ morantur circa latus principis et
sunt pars corporis eius, vt. C. ad leg. iul. maiest. l. quisquis. vn-
de quia raro exercent glo. non curauit de eis facere mentionem.
20 ¶ † Item quero nunquid imperator cām meri imperij possit
alij delegare. Dic ꝙ sic: qꝛ est casus. C. vbi sena. vel claris. l. fin. ⁊
de preci. impera. affer. l. j. ¶ Et ad. l. istā pōt respōderi qꝛ impe-
perator nō clauditur sub regula, vt. s̄. de legi. l. princeps. qꝛ est
lex aīata in terris. in aut. de consul. §. fin. ⁊ pro hoc bene. ꝭ. de te-
sti. l. iij. §. verba eple. ⁊. xxiij. q. iiij. c. illud. ⁊ ibi in gloss. vbi etiam
no. ꝙ de iure canonico cause meri imperij bene possunt delega
ri. ⁊ idem no. per Inno. extra de offi. dele. c. venerabilis. et not.
etiam de offi. or. c. qđ ad sedē. et de rap. ⁊ incen. c. in archiepisco-
patu. ⁊ ne cle. vel monac. c. clericis. ⁊ ibi in gloss. Item quero si
21 princeps † alicui delegauit causam meri imperij an ille poterit
subdelegare. videtur ꝙ sic. C. de iudi. l. a iudice. ⁊ ita no. in glos.
C. qui pro sua iurisditione. l. vnica. penult. responso. illa tn̄ glo.
cōiter per docto. reprobatur. vt ibi dixi. ¶ Et ideo dicendum
est contrarium secundum Ja. de are. Ja. de ra. Oldr. ⁊ Cy. qui

dicunt ꝙ non pōt subdelegare: qꝛ delegatus a principe non ha
bet maiorem potestatem ꝙ̄ ordinarius: sed ordinarius hoc nō
posset ꝑ hanc. l. ergo ⁊c. preterea sicut ille cui concessum est spe-
cialiter merum imperiū a lege non potest illud delegare, sic nec
ille cui commissum est a principe. nā princeps ei concedendo vr̄
propter magnitudinem cause elegisse industriam persone. arg.
C. de sum. tri. l. liquet. circa fi. non potest ergo alij cōmittere per
l. inter artifices. de sol. ⁊ extra de offi. dele. c. qm̄ abbas. ⁊ ꝑ hoc
bene dicit regula iuris. ꝭ. de reg. iur. l. nemo gladij potestatem. ⁊
qđ dixi in simili de procu. constituto ad rem vendendam ꝙ nō
pōt alij committere, vt no. s̄. de offi. procur. cesaris. l. j. Guli. tn̄
de cun. ⁊ An. py. videntur approbare predictam glos. ⁊ respon
dent ad allegata in contrarium: qꝛ ordinarius habet potestatē
a lege ⁊ lex dat sibi potestatē secūdum naturam causarum. s. vt
delegabiles possit delegare alias non. sed tn̄ princeps delegat
causam qđ pōt, vt. d. l. fi. C. vbi senatores vel claris. delegando
excedit naturam cause qꝛ cause meri imperij non sunt sui natu-
ra delegabiles. cū ergo semel excessit naturam semper erit dele-
gabilis. ⁊ pro hoc. ꝭ. de re iud. l. quidam ꝯsulebat. in fi. ⁊ allegāt
22 C. de ipo. lucra. descrip. l. vnica. in fi. li. x. † Et qđ si testator ꝓhi-
bet alienari extra familiam ⁊ alienetur in vnum de famlia po-
test vlterius alienari. de leg. iij. l. pater. §. xv. ¶ Ad hoc potest
adduci gl. que est. ꝭ. de re iudi. l. a diuo pio. in princi. ¶ Opinio
alia tutior videt̄ ⁊ alijs rationibus non respondent ipsi Guli.
⁊ And. s. de industria persone electa. ⁊ ad. l. nemo gladij. q̄ indi
stincte loquitur, nec reperitur iste casus exceptus. ⁊ hanc tenet
Ray. ¶ Sed pone: preses prouincie vult specialiter committe-
re vnam cām meri vel mixti imperij: nūquid pōt? videt̄ ꝙ sic: qꝛ
hic ꝓhibet solū trāsmitti generaliter mādata iurisditione ⁊ q̄-
dā generaliter nō pn̄t demandari q̄ possunt specialiter, vt. ꝭ. de
mino. l. illud. cōiter tenet̄ ꝯ̄rium p. d. l. nemo pōt. ꝭ. de regu. iur. ⁊
23 de hoc. ꝭ. dicā. ⁊. l. imperiū. ꝭ. de iuris. om. iudic. ¶ † Itē q̄rit̄ an
p̄ses existēs in prouincia infirmus graui īfirmitate possit dele-
gare causas meri īperij. videt̄ ꝙ nō: qꝛ qđ in vno cōcedit̄ in alijs
denegatur. sed hic conceditur in causa absentie: ergo in alijs de
negatum videtur, vt. ꝭ. de iudi. l. cum pretor. ¶ In contrarium
videtur qꝛ eadē subest rō: qꝛ superesse non potest. ⁊ ꝑ hoc. s̄. de
offi. consul. l. vnica. ⁊ de offic. presi. l. meminisse. Et qꝛ infirmus
habetur pro absente, vt. ꝭ. de re iudi. l. quesitum. ⁊ pro hoc insti.
de excu. tuto. §. item propter aduersam. ⁊. ꝭ. de vaca. mune. l. pe-
nul. §. fi. ⁊ bene. ꝭ. de iudi. l. si longius. in prin. ⁊ ista cōiter tenet̄.
¶ Item quero: preses habet necesse proficisci per aliquos dies
anteꝙ̄ vult delegare: qꝛ non pōt superesse cum habeat compo-
nere sarcinulas ⁊ parare necessaria ad recessum suum: nūquid
potest. videt̄ ꝙ sic, vt. ꝭ. ex qui. cau. maior. l. ab hostibus. §. sed ꝙ
24 simpliciter. ⁊. C. de exh. reis. l. ij. ¶ † Sed pone preses ob absen-
tiam delegauit: reuersus est: nunquid statim ipso facto reuoca-
ta est delegatio. ista questio similis e illi sabbatine quaꝫ glo.
mouet. ꝭ. mandati. l. qui mutuam. §. j. sed recte intuenti non est
similis: qꝛ hō presens ⁊ reuersus bene pn̄t habere ꝓcuratorem
sed preses prouincie reuersus ⁊ presens non potest habere de-
legatum in causis meri imperij. cū ergo cesset causa finalis de-
legationis. s. absentia dicendum est qđ eo reuerso cesset effectus
idest ipsa delegatio, vt. C. de epi. ⁊ cle. l. generaliter. ⁊. ꝭ. de iu. pa-
tro. l. adigere. §. ꝙuis forte tn̄ non sic subito reuocata est dele-
gatio sed expectatur aliqđ modicum tempus quo preses causis
possit superesse. arg. d. §. sed qđ simpliciter in. l. ab hostibus. ex
qui. cau. ma. ¶ Sed quid si reuersus est sed statim oportet eum
abesse: nūquid erit reuocata delegatio? dic ꝙ nō: qꝛ tunc nō ces-
sat causa finalis. ⁊ pro hoc ar. C. de cura. furiosi. l. cū alijs. in fin.
⁊ sicut mulier non videtur diuertisse que in breui reuersa est, vt
ꝭ. de repud. l. iij. sic non videtur reuersus qui in breui abiturus
est a contrario. nam non videtur venisse qui non stetit. extra de
25 elec. C. si postꝙ̄. §. j. li. vj. ¶ Sed pone alicui † ordinario super-
uenerunt tot cause capitales qđ non potest oib⁹ superesse: nun
quid hoc casu poterit aliquas delegare? videt̄ ꝙ non: qꝛ videt̄
sibi concessum soluꝫ si proficiscatur: vt hic. ⁊ qꝛ hoc specialiter
videt̄ sibi prohibitum, vt. C. de peda. iudic. l. placet. ver. qđ non
ita. Hosti. tn̄ in summa de offi. dele. §. que delegari. versi. cogni-
tio ergo causaruꝫ. tenet qđ hodie omnes cause criminales pos-
sint delegari circa membri abscissionem per. §. prohibemus. in
aut. de collato. coll. ix. sed certe ille. §. loquitur qn̄ preses cōmit-
tebat anteꝙ̄ ingressus esset prouinciam quo casu non habebat
fundatam iurisditionē, vt. s̄. de offi. proconsul. l. iij. ⁊ ideo execu
tio ⁊ merum imperium non videntur translata. ⁊ lꝫ glo. que est
hic que incipit. s. cognitionem teneat per. d. §. prohibemus. qđ
si contingat presidem abesse quod possit delegare quo ad cogni
tionem tantum non quo ad executionem vbi exigitur membri
abscissio vel maior pena. tn̄ And. pysa. ⁊ Guli. de cun. ⁊ Azo
in summa de peda. iudi. vltra mediū. ⁊ videt̄ sentire glo. ꝭ. de tu-

to.ꝛ cura.datis ab his.l.j.vbi hoc tetigi tenent oppositum.et
dicunt ꝙ potest tunc delegare ꝛ cognitionem ꝛ executionē cum
ista litera indistincte dicat ꝙ cū proficiscitur potest eā mādare.
¶Et ad.§.prohibemus.respōdent ꝙ nō loquitur hoc casu,vt
dixi:sed qñ delegat anteꝙ̄ sit ingressus prouinciā quo casu ei⁹
iurisditio non erat radicata nec fundata vt predixi.¶Et licet
de ista materia delegationis causaruȝ dixerim ꝛ no.in multis
locis,vt,dixi.š.eo.super rubrica:tñ quātū ad p̄sens breuiter di
co ꝙ sunt tria genera causarū.s.meri imperij.Item mixti.Itē
26 iurisditionis de quibus per ordinē videam⁹.¶Et primo †de
causis meri imperij,ꝛ dic ꝙ ille indubitāter possūt p principē
delegari,vt.d.l.fi.C.vbi sena.vl' clarissimi.ꝛ lȝ ibi delegauerit q̄
ad cognitionē reseruata sibi pene ipositiō etñ cū sit.š.legē cre
do ꝙ q̄ ad oīa possit delegare si velit sicut etiā creat ꝛ facit ordi
narios ꝛ maiores magistratus,vt in vsi.feu.de pace iura.fir.§.
iudices vero.qui ex eius creatione habēt merū ꝛ mixtū iperiū.
ꝛ quo ad cognitionē ꝛ quo ad executionem,vt.š.de iurisd.om.
iudi.l.iperiū.vt.š.de offi.presi.l.illicitas.§.qui vniuersas.licet
in certis casib⁹ nō possint penā imponere incōsulto p̄ncipe,vt
ad.l.corne.de sica.l.penult.cū concor.ibi in glo.no.ꝛ de pe.l.di
ui fratres.de iure canonico non est dubium ꝙ oēs cause crimi
nales possunt quo ad totum delegari,vt.š.dixit ver.item que
27 ro nunquid imperator.¶†An autem ille cui princeps delega
uit causam meri imperij possit subdelegare varie sunt opinio
nes vt dixi.š.ver.itē quero quid sit princeps.de alijs autem iu
dicib⁹ an possint cās meri imperij subdelegare varie sunt opi.
¶Sed dic aut q̄rit̃ anteꝙ̄ sit iudex ingressus prouinciā vel lo
cum officij sui,aut post ingressum.si ante ingressum recurre ad
l.solent.š.de offi.pcon.ꝛ le.l.ea que.ibi no.ꝛ dixi.Et ad.d.§.p
hibemus.in aut.de colla.qui eo casu loquitur vt dixi.š.Si ve
ro post ingressum tunc exigant mēbri abscissionem vel grauio
rem penā regulariter non delegantur,vt hac.l.ꝛ.d.l.nemo po
test gladij potestatem.de reg.iur.ꝛ in aut.de collato.§.iubem⁹
aūt oēs.col.ix.¶Fallit qñ habent iudices vel rectores necesse
proficisci ꝛ abesse:quia tunc possunt delegare,vt hac.l.§.huius
rei.ꝛ hoc quo ad cognitionē tantum ꝼm gl.ꝛ multos alios do
cto.Uel ꝼm alios quo ad totum cum hic litera non distinguat.
ꝛ ne delictorum punitio differatur.ar.j.de penis.l.si forte.et.C.
de penis.l.cum reis.ꝛ dixi.š.proxi.ver.ꝛ licet glo.Idem si sit lō
ga ꝛ graui infirmitate grauat⁹ ꝼm cōem opi.cum sit eadem ra
tio,vt.š.dixi.Item in alio casu.j.e.l.pretor.vt ibi dixi.De iure
etiam canonico tales cause delegātur indistincte,vt.š.dixi.Si
vero exigant minorem penam ꝙ̄ membri abscissionem:tūc ꝼm
opiniones multorum omnes possunt delegari.hodie de iure
aut.quo ad totum,per dictum.§.ad hoc prohibemus.et hanc
opi.videtur innuere glo.que incipit sic continua.in fi.C.de pe
dan.iudi.l.placet.vbi de hoc plene dixi.ꝛ idem ibi Odof.ꝛ idē
in glo.de offi.eius qui vicem alterius iudicis obtinet.l.ij.ꝛ per
Hostien.in summa de offi.dele.§.que possunt delegari.ver.co
gnitio.per Io.an.in cle.eo.tit.c.j.glo.ij.ꝛ in glo.ꝛ per Arch.d.
§.illud.xxiij.q.iiij.per eundē de offi.vica.c.licet.libr.vj.ꝛ in gl.
extra de rapto.c.in archiepiscopatu.¶Alij quorum opinio ve
rior mihi videtur dicunt vetera iura quo ad hoc non mutata p
dictum.§.de collato.ad hoc prohibemus,q2 vt predixi ille.§.lo
quitur quando nondum erat proconsul vel rector ingressus p
uinciam quo casu potest committere causas citra membri ab
scissionem.vt ibi dicitur.sed quādo est in prouincia hoc non po
test quo ad causas meri imperij exigentes magnam penam vel
coertionem.si autem modicam coertionem exigerent vel penaȝ
pecuniariam fisco vel parti applicandā vel de eis ageretur ciui
liter:tunc q2 de hoc possunt cognoscere ꝛ exequi etiā magistra
tus municipales,vt.j.de iurisdi.om.iudi.l.magistratibus.quo
ad totum possunt delegari vltra prin.ꝛ Specul.de iudice dele
gato.§.fi.¶Itē si est delegatus in causa criminali,lȝ cōtrariū
innuat de iu.om.iud.ꝟ.ad huius aūt articuli notitiā.ibi hodie
28 tū oia possunt ꝛc.¶Nunc videamus de causis mixti imperij†
an ꝛ qñ possint delegari.Et dicūt quidam ꝙ his solis casibus
delegantur quibus ꝛ cause meri imperij:cū cause mixti imperij
sint commisse maioribus magistratibus specialiter ꝛ in priuile
gium sicut cause meri imperij,vt videt̃ colligi ex hac.l.in princ.
ꝛ pro doc.j.de tuto.ꝛ cura.dat.ab his.l.ius dandi.ꝛ.l.nec man
dante.j.de iurisdi.om.iu.l.iubere.de transacti.cū ij.§.si pretor.
j.ad turpil.l.ij.§.abolitio.ꝛ.§.suspecti.¶Sed tu dic aut que
ritur de causa in integrum restitutionis ꝛ illa indubitanter de
legatur,vt.C.vbi ꝛ apud quos in inte.re.po.l.fin.aut queritur
de alijs causis mixti imperij.ꝛ dic ꝙ sub generali commissione
nō trāseunt:vt.j.eo.l.ij.¶Si queris an specialiter cōmitti pos
sint,dic ꝙ cum causa sic,sine causa non,vt.d.§.si pretor.in.l.cū
hi.de trāsac.de offi.procon.l.nec quicꝗ̄.§.vbi decretum.vbi de
hoc satis dixi.ꝛ.l.oia quecūꝗ̄.de reg.iur.j.e.l.cognitio.in prin.
ꝛ.d.l.plȝ.C.de peda.iud.¶Sȝ que erit iusta causa cōmittēdi?
Dic ꝙ oīs causa ex qua possent ꝯmiti cause meri imperij absꝗ̄
dubio est iusta cōmittēdi causas mixti impij.¶Itē hoc plus
29 est in istis†ꝙ cōmitti possūt ꝓpter multitudinē causarum vel
occupationes publicas,vt.d.l.plȝ.vbi de hoc etiā plene dixi.et
de dā.infec.l.iij.§.duas res.ꝛ dicet̃.d.l.iubere.de iurisdi.omn.
iudi.ꝛ.l.imperiū.vbi agit̃ de mixto iperio.ver.videamus ergo
ꝼm hoc.¶Sed nūquid de istis causis stabitur literis iudicis
cōmittentis sicut fit tota die?Dicūt eñ iudices q2 sum⁹ occupa
tionib⁹ publicis vel causarū multitudine impediti cōmittimus
talē causam.an erit necesse probari causam subesse si negetur?
videt̃ ꝙ pbari debeat.insti.qui ma.accu.non poss.§.ij.al's de fa
cili sine cā posset cōmitti.ꝛ pro hoc.j.de proba.l.ij.ꝛ.l.qui testa
mentū.ꝛ de leg.ij.l.cum quis decedens.§.titia.¶Cōtrariū vr̄
verius:q2 p̄sumptio est p iudice qui iurauit officiū suū.C.ad.l.
iul.repe.l.fi.extra de p̄scr.ad audiētiā.ergo ei⁹ literis ꝛ cōmissio
ni credet̃.ar.š.de off.presi.l.diuus.j.de publi.l.si publicanus.et
in aut.vt nulli iudi.§.si quis vero cōprehēsor.Dico tū ꝙ nō
admittitur probatio in contrarium si quis velit probare cām
non subesse,vt.d.l.si publicanus.ꝛ ar.j.de custo.reo.l.diuus.et
pro hoc.j.de fi.instru.ꝛ iur.ha.fis.l.j.li.x.cū ibi not.ꝛ extra de of
fic.deleg.c.prudentiā.cū ibi no.p Ber.ꝛ Inn.¶Nūc videam⁹
30 de causis iurisditionis†qño possint delegari.Dic ꝙ si excedūt
summā.ccc.aureoꝝ sine causa nō possunt delegari.Et cause iu
ste delegandi sunt ille de quib⁹.š.proxime dixi.ꝛ habet̃.d.l.plȝ.
cū gl.sua.C.de peda.iud.¶Et si dicas,quid ergo differunt iste
cause a causis mixti imperij:dic ꝙ cause mixti iperij iudice exi
stente in prouincia non possunt generaliter cōmitti sed specia
liter tantū ꝛ ex causa,vt predixi.sed cause iurisditiōis bene pos
sunt cōmitti generaliter.si aūt sint cause minores.ccc.aureis cū
causa ꝛ sine causa possunt delegari,vt hic ꝛ i aut.de defen.ciui.
§.ꝛ iudicare.cum competant iure magistratus,vt hic.¶Que
cause status possint delegari ꝛ que nō videas.d.l.placet.¶Et
licet predicta sint vera de iure:hodie autem de cōsuetudine seu
abusu ꝛ maxime in partibus vltramontanis inductum est q̄d
31 †iurisditiones sunt diuise per reges,comites,barones,ꝛ mili
tes diuersimode.ꝛ hodie dicitur esse iurisditio in bonis cuiusli
bet sicut quelibet res corporalis,ꝛ donatur venditur et diuidi
tur:quia vnus qñꝗ̄ habet dimidiam alius tertiam vel aliam
ꝛ diuidunt secundum partes per tpa:q2 habēs dimidiam vtit̃
tota iurisditione medio anno,ꝛ sic de alijs partibus:ꝛ sup his
ita contrahunt sicut super alijs rebus patrimonialibus et lo
cant:ꝛ ideo in partibus illis cause meri ꝛ mixti imperij ad libi
tum cuilibet etiam priuato committuntur ꝛ locantur ꝛ vendū
tur et ita abutuntur sicut eis placet.et sunt apud eos diuidua
alienabilia,ꝛ prescribuntur insolidum et pro parte ex quo mul
te questiones orte sunt:ex quibus aliquas subijciamus.¶Ec
ce:aliquis nobilis dicit se habere omnimodam iurisditionē in
aliquo castro,aliquis in eo cōmisit delictū ex quo sustinere de
beret penam mortis,iste vult eum punire,ex alia parte insurgit
rex,ꝛ dicit ꝙ ad ipsum spectat punitio,q2 dicit se eē loco princi
pis in regno suo,ꝛ oīs iurisditio spectat ad principem nisi con
tra probet̃.nobilis vero allegat prescriptionē pro se dicens se
ꝛ maiores suos vsos iurisditione oīmoda in illo castro etiā tā
to tpe cuius non extat memoria.non tū poterat probare ꝙ ali
quem morti condemnauerit:q2 forte casus non accidit sed be
ne pbabat se vsum iurisditione dādo tutores fustibus cedēdo
ꝛ similibus.queritur ad quem debeat pertinere condemnatio
32 huius criminis.Et videt̃ ꝙ ad istū nobilē:†q2 iurisditio est res
incorporalis:ergo indiuisibilis,vt.j.de ser.rustic.pred.l.vna est
via.ꝛ quantum est de iure scripto puto iurisditionē esse indiui
sibilē:sed ex ꝯsuetudine diuisibilis est:vt predixi.vnde dici po
test aut iste nobilis nitit̃ ex titulo,puta q2 dicit se vel maiores
suos emisse vel alio titulo ꝛ postea prescripsisse,q̄d pōt,vt.š.di
xi.ꝛ isto casu vtēdo aliquibus casibus iurisditione in alijs etiā
retinet:q2 non pōt ei imputari si in alijs casibus vsus non sit:
in quibus casibus non accidit.ar.j.de ser.rust.pred.l.ꝛ attilici
nus.Si aūt mittatur solum ex tpe sine titulo:q2 dicat se prescri
psisse,hoc casu non proficiet sibi prescriptio nisi in illis casibus
in quibus vsus est:q2 iurisditio vt dixi ex ꝯsuetudine hodie di
uisibilis est.vnde vnus in vno castro hȝ merum imperiū alius
mixtum:alius iurisditionem minimā.ꝛ ideo si quis prescribat
vnum non ꝓpterea p̄scribit aliud.ꝛ ad hoc facit.C.de aquedu
ctu.l.vsum aque.lib.xj.ꝛ de aqua plu.arcē.l.j.§.trebatius.et ita
iudicauit de facto.d.Hermūdus doctor vltramōtan⁹.ꝛ de hoc
plenius dicet̃.j.de iuris.om.iud.l.imperium.in q̄nibus.an me
33 rum imperium prescribi possit ꝛ quāto tpe.¶†Sȝ q̄d si habēs
castrum alienat cū oī suo iure:nunquid transit merū vel mixtū
imperiū?videt̃ ꝙ nō per.l.istā cū non possit delegari.¶Jac.et
Pe.ꝯtra.ꝛ dicūt aut ꝯfert alicui castrū tanꝙ̄ administratori
vel vicario

vel vicario: ⁊ tunc non transit: vt hic. aut tanꝙ in dñm ⁊ iure do
minij: ⁊ tunc sic: vt in. q. nostra. Pro hoc facit qđ dixi. ṡ. e. l. vl-
tra princi. ver. itē opponit ad idē. hoc enim dr. Glo. tñ sentit cō
trarium. j. e. l. solet. ⁊ de hoc etiā dixi. ṡ. de cōsti. prin. l. fi. ¶ Sed
nunquid cōcedendo specialiter videat cōcedere iurisditionem?
34 dic: vt dixi. ṡ. de offi. prefect. vrb. l. j. §. cū vrbē. ¶ Sed qd † si rex
dedit alicui castrū cū oī iure qđ habebat in eo: nunqd videt ius
regium cocessisse qđ habebat in eo tanꝙ rex nō tanꝙ illius ca-
stri dñs. nam duplex ius habebat in castro. vnū tanꝙ dñs spe-
cialis ipsius castri qđ forte emerat, aliud tanꝙ rex qui hʒ dñiū
in toto regno. Dicendū ꝙ ex tali generali cōcessione nō videat
ius regium traustulisse lʒ forte posset specialiter remittere vel
donare: qꝛ sub tali generali concessione non videtur concessisse
que nō esset specialiter concessurus, vt. j. de pigno. l. obligatio-
ne. cum fi. ¶ Et de ista materia vide pulchras qōnes quas no.
C. de iurisdi. omnium iudi. super rub. ⁊. l. fi. ⁊ plenissime. d. l. im-
perium. j. de iurisdi. om. iud.

1 ¶ Jurisditio delegata transit per delegationem non ordina
ria ⁊c.
2 Dominium quis non videtur habere quod ab eo facile potest
recedere.
3 Procurator lite contestata non potest reuocari nisi ex causa.
4 Testis deponens falsum coram delegato an possit puniri per
delegatum.

1 **Qui mandatam.** † Per delegationē
trāsit iurisditio de
legata nō ordiaria nec cause meri imperij, sed modi
ca coertio. h. d. Jac. de bu. ¶ Ibi propriū nihil hʒ. s.
qđ sit ordinariū. Dy. ⁊ Jac. bu. ¶ Uel dic propriū. i. p̄cipuum
scʒ vt dicamꝰ ꝙ delegatus nō hʒ illud qđ p̄cipue mandat pro-
consuli vel p̄sidi vel alij delegāti. Jac. de are. ¶ Ibi vtitur. i. hʒ
exercitium ordinarie sicut ꝓcurator exercitū directe actionis.
¶ Ibi iurisditionē. s. delegatā. Dy. ⁊ Jac. ⁊ he expositiōes ꝓ-
cedunt ꝑm verā lecturā. ¶ Ibi trāsferri p delegationē ita ꝙ or-
dinaria remaneat delegāti. Dy. ¶ Ibi qđ lege dat. s. certis per
sonis, vt. ṡ. in princ. l. Dy. ¶ Ibi nō posse trāsire p specialē vel
generalē delegationē, vt in prima regula posita in prin. huius
l. que tñ fallit aliquibꝰ casibus, vt ibi dixi. ¶ Ibi Paulus no-
tat nō corrigēdo sed determinādo dicit glo. ⁊ bñ. similis exposi
tio. j. de p̄to. stip. l. Paulus notat. ⁊ deleg. j. si fundū per fideicō
missum. Dy. ¶ Exposita litera dic ꝙ qꝛ principiū huius. §. vi-
detur contradicere fini. ⁊. l. cognitio. in princ. j. e. sunt hic tres le
cture. nā in principio dicit ꝙ delegatus nihil habet propriū. et
postea dicit ꝙ habet iurisditionē ⁊ modicā coertionē, ⁊ in. l. co-
gnitio. dicitur cum propriam iurisditionē ⁊c. ¶ Quare dic ꝙ
quidā intelligunt totum. §. in iurisditione delegata ⁊ dicunt ꝙ
delegata iurisditio transit in delegatum secundum veritatē. ⁊
ita intelligitur secundum respōsum: sed lex fingit nō trāsire: qꝛ
facile pōt reuocari per delegantē, vt. j. de iudi. l. iudicum solui-
2 tur. † sicut nec videtur quis habere dñium qđ ab eo de facili po
test recedere, vt. C. cōia de leg. l. fi. §. sed qꝛ. ⁊ de reg. iur. l. non vi-
detur. Unde secūdum istam lecturam principium. §. loquitur
secundum fictionem et secundum responsum. et. l. cognitio. j.
eođ. loquitur secundum veritatem ⁊ concordat cum secundo re
spōso. ¶ Alia lectura que est verior ꝙ loquatur in ordinario.
nam ordinaria per delegationem non transit, sed solum exerci
tium, vt. ṡ. dixi in expositione litere. ⁊ ita etiam intelligitur. d. l.
cognitio. ⁊ qđ ibi dicitur dederis exponitur. i. cōcesseris vel pro
miseris quo ad exercitium sic etiam sumitur. j. commoda. l. si vt
certo. §. nunc videndum. ⁊ pro hac lectura bene facit. j. eod. l. ⁊ si
pretor. ⁊ istam sequuntur communiter doctores. tertia lectura
est qđ prin. loquatur in ordinaria que non transit in secūdo re-
spon. ⁊. j. eo. cognitio. alias incipit. l. cuʒ propriam loquatur in
delegata. ⁊ ista etiam est bona lectura. ⁊ eam tenet Ja. but. ⁊ se-
cundum eam exposui literam. vnde ꝑm primam totus. §. loqui-
tur in delegata primū responsum secūdum fictionem. secundū
responsum secundum veritatem: secundum secundam lecturā
totius loquitur in ordinaria. primū respōsum quo ad transitū
iurisditionis scđm quo ad exercitiū tm̄, ⁊ ꝑm hāc exponitur trās
ferri. i. pmitti vel concedi. Scđm tertiā primū rn̄sum loquitur
in ordinaria q̄ nō trāsit scđm in delegata que transit. ¶ Op. ꝙ
delegatus habet aiurisditionē ꝓpriam saltē lite cōte. ad instar
procuratoris, vt no. ṡ. de offi. procōsu. ⁊ lega. l. legatus. ¶ Sed
3 dic ꝙ iudex non efficitur dñs litis sicut procurator. † nā procu-
rator reuocari non potest lit. conte. nisi cā cognita, vt. j. de pro-
cura. l. post litē. iudex autē sic qñcunqʒ placet deleganti, vt. j. de
iudi. l. iudicium soluitur. Et est ratio qꝛ procurator potest time
re damnum pecuniarium propter expensas vel aliam causam:

sed delegatus non. Ja. bu. ⁊ de hoc vide qđ dixi. j. de iurisd. om.
iudi. l. more. Item potest adduci. §. iste pro ⁊ contra. ad qōnem
4 si coram † delegato deposuit testis falsuʒ testimoniū, an possit
eum punire. videtur ꝙ non cū hoc sit meri imperij, vt. j. de fals.
l. j. §. fi. hoc aūt non hʒ delegatus, vt hic ⁊. ṡ. e. l. j. in prin. in con-
trarium videtur qꝛ imperium qđ iurisditioni coheret habet de
legatus, vt hoc. §. in fi. ergo videtur ꝙ audacter possit eum pu
nire. ad qđ facit. C. de peda. iudic. l. j. quoties. ⁊ videtur expres-
sum in aut. de testi. §. si vero ignoti. Sed ibi innuitur ꝙ ad su-
periorem recurrere debeat: ⁊ ita faceret in contrarium. et hoc te
net Gul. de cun. ⁊ qđ etiam non possit eum torquere, vt no. per
eum. j. de iurisd. om. iud. l. imperium. ver. item quero an torque-
re. ⁊. C. de testi. l. nullum. de hoc dixi ⁊ no. in Spec. de teste. §. j. ꝟ.
item ꝙ corruptus. ⁊ ver. sequentibus. ¶ In gloss. j. ibi species
vna cōmittitur. Et sic ꝑm hanc differentiā tit. iste loquit in mā
dato gñalis iurisditionis. cū rubrica dicat mādata. Jaco.



Mandata. Iste text. videt ɔtra distinctio-
nem quā feci. ṡ. l. proxi. circa cau
sas mixti imperij. vbi dixi ꝙ mandabant ex causa ⁊
hic dicitur ꝙ non in. §. j. sed dic ꝙ non potest genera
liter: sed si habet necesse proficisci sic, vt in aut. de colla. §. prohi
bemus. Et intellige istud principium, vt no. ⁊ dixi. ṡ. de offic. ꝓ-
cons. ⁊ leg. l. ij. §. apud. Et non ob. j. de dam. infec. l. j. ⁊. l. iiij. §. si
duas. vt ibi no. ⁊ dixi.

Si tutores. In glo. j. in fine. imo falsum est vt. j. de
rebus eo. l. magis. §. si es alienum. ⁊. l. si
fundus. ⁊ ibi no. ⁊. d. l. ob es. C. de pred. mino. Dy. ¶ Sed for-
te. ll. ille loquuntur solum quando fundus non afferebat com-
modum, nec incommodum. glo. autem loquitur qñ affert incō
modum, quo casu forte posset alienari, vt gloss. dicit. ⁊ aut. hoc
ius porrectum. ¶ Ibi suffectus. i. substitutus in locum mortui
vel perpetuo absentis. Dyn.

1 ¶ Delegatus fungitur vice delegantis non sua.
2 Scholares quot ⁊ quos iudices habeant.
3 Scholaris licet habeat tres iudices tamen vnū eligendo alios
excludit.
4 Delegatus est honorandus ex persona delegantis cuius vices
gerit.



1 **Et si pretor.** † Delegatus fungit vice de
legantis nō sua. h. d. Et fa-
cit. ṡ. e. l. qui mandatam. §. j. ⁊ qđ ibi dixi. ⁊ bene con-
cordat extra de offi. dele. c. sane. ⁊. C. de appel. l. etiam
eos. ⁊ ibi in glo. ¶ Et prima glo. que est hic refert se ad ius no-
uum. C. ne filius pro patre. aut. habita. ¶ In eadem ⁊ iure ve-
2 teri, vt. ṡ. in proemio. §. penulti. vbi scholares † habēt tres iudi-
ces. s. doctorem episcopum ⁊ presidem seu potestatem, ⁊ dicit ꝙ
doctor delegauit ep̄o vel potestati. Sed videtur ꝙ istud exem-
plum non procedat. nam bene confiteor ꝙ si senescalcus tholo
sanus delegat causam illi qui non erat alias ordinarius illius
cause puta senescalco cartuceñ. ꝙ tūc ille bene erit delegatus et
fungetur vice delegantis. sed vbi ex postfacto efficeretur ordi-
narius illius cause extingueretur delegatio, vt. j. de iudic. l. iu-
dicium soluitur. multo ergo fortius si a principio est ordinariꝰ
illius cause nō tenet delegatio. ar. ṡ. de his qui sunt sui vel alie.
iur. l. patre furioso. qꝛ facilius impediuntur contrahēda ꝙ dis-
soluantur contracta, vt ibi. Si ergo doctor deleget ep̄o vel po-
testati qui alias sunt ordinarij cognoscent non ex vi delegatio
nis sed tanꝙ ordinarij: qꝛ cessat extraordinarium vbi locū hʒ
ordinarium, vt. j. de mino. l. in cause. ⁊ ita videtur malum exem
a plum glo. ¶ Sed dic ꝙ est verū qꝛ licet scholaris habeat[a] tres
3 iudices † vt predixi: tñ vnum eligēdo excludit alios, vt. d. auth.
habita. ⁊ ar. ṡ. de offi. consu. l. j. ⁊ de procur. pluri. vnde si elegit
doctorem exclusi sunt ep̄s ⁊ ptās, ⁊ ideo si doctor eis cōmittat
cognoscunt vt delegati. Guli. ⁊ An. Jac. cōtra. ¶ Nec ob. hec
litera que ponit pro constanti qđ erat pretor: qꝛ verum est quo
ad alios vel respectu istius solum quo ad iurisditionē nō quo
ad eius exercitiū. sic no. ṡ. de offi. presid. l. iij. ¶ Nec ob. qđ dicit
Gul. qꝛ hic ep̄s ⁊ ptās non videtur habere iurisditionem ordi
nariam cum sint a doctore preuenti, vt dictum est Ray. ⁊ vide
qđ no. j. de exer. l. j. §. fi. cum. l. seq. in vlti. q. ¶ De hoc tñ quan-
do committitur per superiorē ordinario an efficiatur delegatus
dic vt dixi. ṡ. de offi. p̄si. l. sepe audiui. ⁊. j. titu. pxi. l. diem functo
circa fi. ver. item querit si iudici ordinario. ¶ Est tñ notandum
ꝙ delegatus si est de maioribus maiorem habet potestatem in
4 aliquibus, vt. C. de sportu. l. ij. ⁊ † qđ delegatus honorandus est
ex persona delegantis cuius vice fungitur, vt hac. l. ⁊ pro hoc
j. de albo scriben. l. ij. Mar. sil.

a ¶ Scholaris habeat. Adđ Bald. in aut. habita. x. col. in ver. vj. querit. C. ne filius pro patre.

1 ☞ Legato proconsulis cognitio suspecti tutoris potest generaliter vel specialiter delegari.

1 Cognitio. †Suspecti tutoris cognitio legato proconsulis potest generaliter et specialiter delegari. Quod sic probat litera: ea que transeunt sub generali delegatione transire possunt per specialem. sed causa suspecti tutoris per generalem transit, vt ptz ex rescripto imperatoris: ergo ec. ¶ Ibi eam contingere. idest delegatam esse. ¶ Oppo. sequendo ordinem glo. quia videtur quod non possit demandari, vt.j.de tuto.et cura.datis ab his. l.nec mandante.et de tute.l.muto.§.tutoris datio. ¶ Sol. vt hic et in contrariis, et de tuto.et cura.l.ius dandi. ¶ Idem oppon.de l.j.§.suspecti.j. ad turpilianum. Solue vt gloss. vel vt plenius j.dicam. ¶ Item oppo. quod non habeat proprium, vt.s.eo.l.j.§.fi. Solu. vt ibi no.et dixi. ¶ Dominus Dyn. dum legeret.l.istam loco domini Fran.accur. reprobauit istam gl. quo ad solutionem. §.suspecti.j.ad turpil.l.j.alias.ij. Et sequenti die do. Fran. voluit defendere glo. Do. enim Dy. dicebat quod cognitio bene potest delegari: vt hic, sed remotio non. do. Fran. dicebat quod ex quo potest cognoscere et remouere. nam cui committuntur precedentia et sequentia, vt j.titu.ij.l.ij.et ne continentia cause diuidatur vt.C.de iudi.l.nulli. ¶ Preterea videtur expressum institu. de suspec.tuto.§.consequens. Et hoc sit speciale fauore pupillorum vt hic dicitur. Quidam approbant vnum: quidam aliud. §. suspecti. videtur dicere quod solus preses. §.consequens videtur velle quod legatus possit, et quod legatus presidis possit videtur expressum. j.de suspec.tuto.l.j.§.an autem. Unde dic quod si queritur de cognitione illa competit legato presidis. et secundum Dy. etiam cuilibet delegato. si de remotione tunc solus legatus proconsulis, vt insti.de suspec.tuto.§.j.cui respondent qui tenent opin. Dyn. quod ibi loquitur de remotione que fit a lege. nam cuilibet accusato de suspecto statim a lege interdicitur administratio, non autem de ea que fit a iudice. ¶ Sed hoc videtur violare literam. vnde forte non male dici pot. fm Mar.sil. quod hec.l.loquitur in cognitione suspecti, alie.ll.in amotione. Et si queratur de amotione legali omnes qui cognoscunt possunt talem amotionem facere si de ea que fit a iudice per sniam illa fit solum per legatum proconsulis. Si aut queratur de accusatione que fit ad aliam penam imponendam propter delicta commissa p tutorem in administratione tunc loquitur.§.suspecti.j.ad turpil.l.ij.vbi etiam de hoc no.et dixi.et.s. de offi.prefec.vr.l.j.§.item ad prefecturam.

☞ Que expediuntur cum leui cause cognitione per decretum
1 delegari possunt.
2 Cause cognitio plena requiritur in decernenda bonorum possessione.
3 Uerba, iudicatum solui, an tantum operentur quantum soluere iudicatum.

1 Et possessio. †Ea que expediuntur per decretum cum leui cause cognitione possunt delegari.h.d. ¶ Ibi, detur.i.vt pronuncietur possessionem bonorum dandam. ¶ Ibi possidere iubeatur.i.pronuncietur mittendus ex primo vel secundo. Dy. ¶ Ibi mittat.i.pronuncietur mulierem mittendam. Dy. ¶ Ibi in possessionem mittatur.i.mitti pronuncietur. Dy. ¶ Et si exponas vt glo. quod possessiones bonorum sint due partes non videtur posse delegari, vt.j.tit.ij.l.iubere. ¶ Sed dic quod hic loquitur de cognitione de mittendo non de missione re ipsa. vt i.l.contraria. et de hoc satis dixi.j.de dam.infec.l.iiij.§. duas res et.j.ti.ij.l.j.et.l.iubere.et.l.imperium.et hunc puto verum intellectum hui⁹.§. ¶ Sed si exponas quod sit vna pars vt etiam gl. dicit tunc
2 oppo. quod non possit delegari†cum in bonorum possessione decernenda requiratur plena cause cognitio, vt.j.qs ord.in bon.poss.ser.l.ij.§. dies. ergo non delegatur, vt.s.de offi.proconsul.l.nec quicquam.§.vbi decretum. So. dic quod quedam sunt bonorum possessiones que tribuunt ius, et ille requirunt plenam cause cognitionem et decreti interpositionem, vt in contrariis. et io non delegantur. ¶ Quedam que non tribuunt ius improprietatis et illa expediuntur cum leui cause cognitione licet requirant decretum et ideo delegantur. sed licet iste intellectus sit in se verus tamen non credo quod fuerit hic de mente iurisconsulti, sed solum primus intellect⁹ de missione in possessionem. et aliqualiter facit ad
3 questionem vtrum† tantum operentur verba iudicatum solui quantum soluere iudicatum. de quo dicam.j.q satisda.cog.l.iulianus.circa finem.

1 ☞ Delegatus non subdelegat et per delegationem transit modica coertio.

1 Mandatam. Delegatus † non subdelegat, et p delegationem transit modica coertio.h.d. Et facit ista litera contra Bulgarum, qui dixit modicam coertionem contineri sub mero imperio. ¶ Sed dic quod ipse loquitur de coertione modica que fit mero officio. vt cum iudex punit libertum non obsequentem patrono. talis enim continetur sub mero imperio. sed textus iste loquitur de ea que fit officio mercenario deseruienti actioni proposite. talis enim non continetur sub mero imperio vt hic. ¶ Ibi non posse etiam quo ad vnum articulum cause, vt no. in Spec. de iudice deleg.§.j.ver.sed nunquid delegatus. non ob.j.tit.ij.l.imperium.vt.j.dicam. Ray.

1 ☞ Assessor debet esse iurisperitus.
2 Iudices qui possint habere assessorem, et cuius expensis.
3 Sententia lata per rectorem sine consilio assessoris an valeat.
4 Locumtenens principalis officialis an possit esse de sua patria.
5 Iudices an possint recipere salarium a partibus.

De officio assessorum. Rubrica.

5 finis huius. l. s. vtrum clausula† referatur ad totum vel ad proxime dictum de quo hic no. in glo. Et circa hoc sic dicas secūdū Ja. de are. aut clausula referri pōt ad totum z ad totū refertur, vt. j. de leg. j. l. talis scriptura vbi de hoc dixi. aut referri pōt ad precedens tantum z non ad proximum: z tunc ad precedēs tantum refertur, vt. s. de adop. l. qui in adoptione. in fin. his cessantibus ad proximū refertur vt hic z in cōcor. hic positis. ad hāc materiam bene facit extra de rescr. c. olim. cum ibi not. Jac. Et similem dubiam resolutionem sicut hic habes. j. de ver. obli. l. si seruum. vltra prin. qz magis zc. z ibi in glo. z scdm Jaco. hic fit relatio ad proxima tñ: z sic prima opi. glo. vera est secundū eū. similis dubia relatio habetur. j. de ope. no. nuncia. l. j. ibi nā his interdictis restituere z de. dam. infec. l. fluminum. in prin. et qualiter sit facienda relatio not. extra de rescri. c. causam que. de appel. secundo requi. z. c. inquisitioni. in Specu. de instrumentorū editione. §. nunc autem videndū. ver. itē excipere qz talis clausula. z de hoc satis dixi. d. l. talis scriptura. de leg. j. z de leg. iij. l. heres. §. vxori. z no. in gl. iij. q. v. c. constituim⁹. z per Arch. ibi Andre. Py. sic dicit aut est in omnibus eadē rō z tunc ad oia debet referri clausula, vt. d. l. talis scriptura. qz generale dictum extenditur ad omnia. C. de diuer. rescr. l. j. Si non est eadem ratio sed certum est qd proferens voluit ad omnia referre ad oia refertur. j. de leg. j. l. si quis a filio. scdo responso. z arg. j. de adimen. lega. l. iij. §. fina. ¶ Si non apparet vere vel presumptiue ad q̄ voluerit referre tunc nō trahitur ad omnia. sed an trahat ad proxima vel remota. dic aut apparet de voluntate proferentis z expeditum est vt dixi. pro hoc. j. de dote prelega. l. cum vulgari. si vero apparet tunc aut ratione iuris considerata magis est fienda ad proxima z fiet vt hic aut ad remota z fiet, vt. j. titu. proxi. l. iij. §. si procurator. in fi. z de postula. l. j. §. cum. s. de adopt. et arg. j. ex quib. cau. maio. l. sed z si per pretorē. §. j. sic tamen vt non reddatur actus de quo agitur inutilis, vt. j. de verbo. obli. l. titia. §. idem respōdit. z vide qd ibi plene notaui. ¶ Uel dic aut clausula ponitur in principio legis testamenti vel rescripti vel in fine: z tunc ad omnia refertur si commode potest z nō vitiet vt dixi etiā si contineat odiū, vt. C. de libe. prete. l. j. vel de fauore, vt. j. de reb. dub. l. fin. si autem vitiaret referet ad proxime dictum vt hic cum concor. Aut apponitur in medio aliquorum capitulorū z ad oia capitula refertur, vt. j. de libe. z posthu. l. ij. §. ij. z hoc vbi secundum ordinē deberet pcedere, vt extra de rescri. d. c. causam que. z ibi in gloss. z. C. de institu. z substitu. l. penulti. si in medio eiusdem capituli tunc ad alia capitula nō extenditur sz ad oēs extremitates ipsius capituli, vt. d. l. j. C. de libe. prete. Predicta vera nisi capitula quibus adijcitur clausula forent connexa. vel sicut principale z accessorium: quia tunc omnia cōplectētur nisi appareret proferentem aliud voluisse de leg. iij. l. si quis in principio testamēti. ij. q. vij. c. paulus. Et ad hoc vide questionē Jaco. de bel. q̄ est mihi. lvj. in libro magno questionū disputatarū z incipit qrit an cōstitutio vel statutū ad pterita pēdētia trahatur z eā posui in meis qōnib⁹ statutorū prima parte vers. Item quero questionē disputatā per do. Jac. de bel. ¶ Itē si pcedētia sunt contraria z postea sequat clausula cū nō possit ad oia referri: qz sunt cōtraria referet ad proxi. vt. j. de peri. z commo. rei ven. l. j. §. si dolū. z ibi dixi. ¶ Modo circa. l. queramus aliquas q̄
6 stiones. Pone corā† iudice qui cognoscere poterat vsqz ad certā summā ptū rē nō excedentē summā: ante sniam res est aucta z meliorata an iudex poterit cognoscere. vr qd nō per. l. istā sz. l. ista nihil facit: qz hic ab initio appebat qd summa excedebat. quare dico qz poterit cognoscere. arg. j. de iud. de qua re. z. C. de iud. l. quoties. z est tex. C. de app. l. ampliorē. §. fi. ¶ Et idē dicas si actio creuit sui natura, vt lege aqui. per inficiationē cū actio ab initio recte fuerit initiata. arg. j. de fideiuss. l. tutor. de donat. l. qui id qd. z videtur expressum. j. de peti. here. l. item veniunt. §. cū
7 pdiximus. ¶ Sed qd dicemus† si peto annuā prestationē nūquid summe omniū ānorū coaceruabunt. presupposita opinione glo. qz p futuris annis agi possit, vt. j. de iud. l. nō queadmodum. an inspiciat quantitas singulorū annorū. iura preallegata sunt in argumentū pro z contra. ¶ Alij distinguunt aut debetur ex contractu inter viuos z tunc fiat coaceruatio. aut ex legato z tunc non: quia tot sunt prestationes quot ani, vt. j. de dona. cau. mor. l. senatus. §. fi. z de annu. lega. l. in singulos. z videt expressum. C. de dona. l. sancimus. §. fin. ¶ Alij dicunt aut petitur annuum pro tot annis preteritis quorū summa excedit iurisdictionē iudicis z tunc indistincte iudex non cognoscit arg. C. de duo. reis. l. fi. aut non z tunc aut in petitione adijcitur etiā in futurum soluas. z hoc casu qz excedere potest quantitatē iurisdictionis iudicis nō cognoscet. Si autem illa verba nō adijciuntur sed petitur tantum pro annis preteritis tūc aut re⁹ negat se teneri ad annuum aut confitetur sed dicit se soluisse. prio casu non cognoscet: quia totius debiti etiā futuri cognosceret cum totum vertatur in causa z sic excederet quantitatē iurisdictionis sue. secundo casu cognoscet si quantitas non excedat et pro hoc. j. de iureiur. l. duob⁹. §. exceptio. z. C. de do. l. si quis argentum. §. penul. ¶ Sed quid in actione arbitraria que crescere potest si petat vsqz ad summā de qua iudex potest cognoscere videtur quod non possit arg. huius. l. sed dic cōtra, vt. j. de eo quod certo loco. l. iij. §. nunc de officio. Gul. ¶ Itē quero aliā questionem que mihi occurrit pergami de facto. ibi sunt quidā nobiles de colleonibus qui habent ab imperatore priuilegium quod cognoscant de causis appellationum excedentium summam. xxv. librarum. z hoc est etiam ex pace constantie: aliquis coram consule iustitie porrexit plures petitiones petendo. xxv. pro qualibet petitione lata sententia appellatum fuit ad dictos legatos imperij dicebatur quod appellatio non tenebat: qz petitiones non excedebant. xxv. libras. quelibet per se. in contrarium allegabatur qd coaceruari debebant quia ex eadem actione z eadem causa procedebant. z pro hoc facit glos. j. huius. l. et qd tetigi. s. in prin. qd appellatio non teneret allegabatur. j. e. l. pen. §. quoties. C. de dona. l. sancimus. §. penul. z fi. z de iur. dot. l. fi. §. vlt. z de pac. l. si plures. determinatū fuit qd appellatio teneret per. d. l. si qui separatim. §. j. de appel. z quod ibi not. z. j. ex quib. cau. maio. l. necnon. §. si quis sepius. z extra de dona. c. ad apostolice. circa medium vbi coaceruantur plures donationes
8 per episcopū facte. ¶ Item quero† si iudex qui poterat cognoscere vsqz ad quinquaginta cognouit de cētū an sentētia valeat saltē in quinquaginta. videtur quod nō: qz snīa nō dz pro parte valere. j. fam. erc. l. in hoc iudicio. z ita tz glo. j. eo. l. fi. vbi videtur expressum. z ibi de hoc dixi plene circa fi. in contrariū est. C. de dona. l. sancim⁹. Quidā dicūt qd si non fuit oppositum iudici qd nō posset cognoscere qz tūc teneat in ea summa de qua cognoscere poterat si oppositum fuit non vt. C. de pc. l. ita demuz. Alij dicunt aut cognouit vltra iurisdictionē suā. aut extra iurisdictionē aut cōtra iurisdictionē. Si vltra iurisdictionē nō vz in eo qd est vltra vt hic z. d. l. fi. j. eo. ij. rñso. Si extra iurisdictionē hoc est extra territoriū suū nihil vz, vt. d. l. vlt. j. rñso. j. e. z. s. d off. prefe. vrb. l. fi. Si contra suā iurisdictionē nō vz, vt. j. de iud. l. ij. vbi de cōsensu ptiū, vt eo. ti. l. j. z hec fuit opi. Odo. j. e. l. fi. de hoc no. per Jo. an. extra de reg. iur. c. ea q̄ fiūt. lib. vj. vber. de bobio in patria potestate. rub. de pductione snie. §. videat. z Specula. de snia. §. iuxta pponis. vers. itē est nulla ratione quantitatis. z p hoc. j. de vsur. l. placuit. z de hoc dixi. C. si a nō compe.
9 iu. p totum. An† aūt cōdi. ap. vni legato debeat referri z repetita videat in alijs lega. dic vt plene no. in gl. j. de leg. iij. l. in repetēdis. de leg. j. l. lz impator. de hoc dixi etiā plene. C. de legib. l. leges z constitutiones. z. d. l. titia. §. idem respondeo.

1 ¶ Magistratus municipalis habent modicam cohertionez non grauem.
2 Magistratus municipales qui dicantur.
3 Castra z ville subsunt defensori ciuitatis in cui⁹ sunt territorio.
4 Magistratus an possit punire corporaliter.

5 Prefectus vigilum habet coertionem anormalam.
6 Homicidium notorium an possit puniri per magistratuꝫ ex eo quod est notorium.
7 Ex delicto eiusdem hominis non est sepius querendum.ꝛ facit ad vnam questionem.



1 **Magistratibus.** Modicam coertionē habēt† magistratus municipales,non grauem.h.d.¶ Et dicunt magi-
stratus municipales.i.municipiū alicuius ville ca-
2 stri vel vici:q nō subest ciuitati vel iurisdictioni ciuitatis:sicut
sunt multa.hoc dico vt notetᷣ dr̄ia inter eos ꝛ defensores ciuita
tis.talia em̄ loca pn̄t sibi eligere magistratꝰ nec subsunt defenso
ri ciuitatis ꝛ iō in Codice ponuntᷣ diuersi tituli de defenso.ciui.
3 ꝛ de magistratibus municipalibꝰ.cōiter tn̄ castra ꝛ ville† sub-
sunt defensori ciuitatis in cuiꝰ territorio sunt,vt.j.ad mu.l.qui
ex vico.Sꝫ de qua modica castigatione hic loquitᷣ:gl.videtᷣ in-
nuere ꝙ loquatᷣ de omni castigatione preter vltimū suppliciū.
sed hoc nō est verum.Et ideo Ja.bu.dicit qđ nō pōt aīaduerte-
re in corpus.nā si nō pōt mittere in possessionē re ipsa etiā ex pri
mo decreto,vt.s.eo.l.iubere.qđ est minꝰ qꝛ ibi res leuiter tangi
tur:multo minꝰ corpꝰ pōt tāgere.ꝛ qꝛ nō pōt cognoscere vltra
ccc.aureos ergo multo minꝰ corpꝰ tāgere aīaduertēdo.vn̄ ipse di
cit ꝙ.l.ista intelligitᷣ de coertiōe carceris vt de loco non recedat.
4 ¶ Vel dic qđ corpus pōt tāgere coercēdo vt dixi.† vbi deberet
imponi pena pecuniaria quā soluere nollet.sꝫ si nō posset qꝛ tūc
subrogari dꝫ pena psonalis,vt.s.eo.l.si id qđ.§.j.talem nō pos-
set imponere,vt.j.de pen.l.in seruorum.in fi.si enim non potest
cognoscere de magna pecuniaria.multo fortius de corporali.
¶ Jaco.de are.sentit quod corpus possit leuiter ꝛ leui pena co
ercere.arg.sumptum a contrario sensu de.l.si quid erit.s.de offi.
procon.ꝛ legati.¶ Gul.de cug.dicit ꝙ si pena corpalis veniat
ex crimine principaliter imponenda quod tunc magistratꝰ mu
nicipales non possunt illam imponere:qꝛ tunc est meri imperij
ꝛ mero officio expeditur,vt.s.de offi.prefec.vrbis.l.j.§.cū patro
nus.non enim est tunc iurisdictiōis cū mero officio expediatur.
¶ Item non est mixti:quia continet pecuniarium cōmodum:
ergo sequitur ꝙ sit meri.Si autem coertio corporalis venit inci
denter ꝛ in consequentiā sue iurisdictionis tunc modicam coer-
tionem corporalē potest exercere:qꝛ ista est iurisdictionis ꝛ mer
cenario officio expeditur.ꝛ ita intelligatur.l.ista ꝛ.s.titu.ij.l.fin.
in fi.ꝛ argumen.C.de iud.l.quoties.ꝛ hanc approbat etiaꝫ Ja.
butri.ꝛ Ray.ꝛ dicit esse expressum in autᷣ.de defen.ciui.§.et au-
dient.¶ Et ad.l.in seruorum.§.fi.respondet ꝙ loquitur quo ad
effectum sententie.dic quo ad iudicis potestatem Ray.ꝛ de hoc
dixi.s.eo.l.imperium.ver.sed quid de modica coertione.¶ Sed
contra Gul.videtur quia prefectus vigilum habet etiā magnā
coertionem,vt.s.de offic.prefec.vigil.l.iij.§.j.ꝛ.l.fin.ꝛ tamen nō
habet merum imperium,vt dictis.ll.probatur ergo coertio nū-
5 ꝙ est de mero imperio.Sed dic qđ prefectus vigilum† habet iu
risdictionem anormalam nec deficit sibi merū imperiuꝫ nisi qꝛ
inuenit occupatum a prefecto vrbis vt ibi dixi.Cōcludere ergo
possumus quod isti magistratus municipales nec etiam defen-
sores ciuitatis directo possunt in corpus animaduertere sꝫ taꝫ
liberos ꝙ seruos delinquētes ita quod puniri debeāt pena cor-
porali capient ꝛ sub fida custodia remittent presidi puincie.vt ī
autᷣ.de defen.ciui.§.audient.ꝛ etiā modicā coertionē vt fustiga-
tionem imponere poterunt fm Gul.de quo etiā dixi.s.eo.l.im-
periū.ꝛ sic apparet ꝙ hodie rectores ciuitatū qui equipollēt de-
Statutū pgamense.
fensoribꝰ ciuitatū ꝛ etiā aliorū castrorū ꝛ locorū qui exercēt me
rū imperiū sunt homicide ꝛ iniuste exercēt:cū eis sit denegatum
merū imperiū nisi hoc habeāt ex cōcessiōe principis sicut habēt
loca ꝛ castra que vocātur camera imperij.ꝛ ego de talibus ca-
stris vidi multa priuilegia imperialia.Itē etiā ciuitates lōbar
die que fuerūt in pace cōstantie habuerūt cōcessionē meri impe
rij.ab imperatore Frederico scđo,vt in ipsa pace ꝯstantie patet.
Alie autem ciuitates ꝛ loca forte excusantur vacatione longa
imperij ꝛ presidū prouincie ꝛ ex longa consuetudine seu prescri
ptione ex qua sibi pretendūt merum imperium.de quo satis di-
xi.s.eo.l.imperiū.ver.multū etiam dubitatur vbi plenissime te-
tigi an merū imperium prescribatᷣ.Dicūt etiā quidā ꝙ possunt
inter se concedere merum imperiū sicut ꝛ iurisdictionem,vt.C.
eo.l.fi.quod non puto verum,vt.d.l.vltima dixi.ꝛ.s.eo.l.impe-
rium.versi.de collegijs approbatis.¶ Sed adhuc quero:pone
ꝙ in quodā municipio notorium est ꝙ vnus ex municipibꝰ cō-
6 misit homicidiū vel aliud maleficiū:† nunquid magistratus mu
nicipij poterit tunc eum punire ex eo qđ est notorium:videtur
qđ sic arg.j.de act.emp.l.emptor ꝛ videtur quasi casus.j.de con
di.causa data.l.penul.ꝛ qꝛ in notorijs ordo est ordinem nō ser-
uare extra de iureiuran.c.ad nostram.Casus est in contrarium
C.de defen.ciui.cum defensores ciuitatis.non obst.d.l.pe.qꝛ ibi
de facto fecit vt ibi not.And.Sed pone quod aliquis cōfessus
est coram magistratu municipali se commisisse delictum vel co
ram alio iudice qui ipsius criminis cognitionem nō habebat,
remittitur ad suū iudicē cuꝫ tali cōfessione:nunquid ex tali con
fessione punietur:videtur ꝙ sic ar.eoruꝫ que no.in gl.j.de inter.
act.l.j.in fi.ꝛ.l.vbicunqꝫ.ꝛ p hoc.j.de testi.l.iij.§.fi.ꝛ.C.de arbi.
l.pen̄.ꝛ videtur tex.j.de custo.reo.l.solent.in fi.ꝛ.C.de offi.comi.
rerum priuata.l.j.¶ In contrariū facit.C.si a non cōpe.iudi.l.
j.ꝛ.j.de iniusto testa.l.si quis exheredato.§.pe.j.eo.l.si per erro-
rem.ꝛ facit.C.ne de statu defun.l.si pater.ꝛ arg.j.de diuer.ꝛ tēp.
prescri.l.inter quatuor.de custo.reo.l.diuus.j.de interrog.act.l.
fi.ꝛ de inoffi.testa.l.papinianus.§.sed nec impuberis.et videtur
expressum extra de iudi.c.at si clerici.cum ibi no.¶ Non obst.l.
solent.qꝛ ibi ille qui remittebat erat iudex de iure communi sed
remittebat ad iudicem priuilegiatū.s.magistruꝫ militū.¶ Vel
dic ꝙ lꝫ ibi remitteret nō dicit ꝙ stetur confessioni nisi quatenꝰ
constabit ex scđo pcessu fiendo corā iudice cui remissus est.arg.
j.de excu.tut.l.spadonē.§.qui absolutꝰ.ꝛ de testi.l.iij.§.idem di-
uus.ꝛ de hac questione notaui.C.de confes.l.vnica ver.quarto
queritur.ꝛ dependet a questione an acta in vno iudicio fidē fa-
ciāt in alio.de qua plene notaui.C.de edē.l.is apud quē.¶ Sꝫ
pone:aliqs deliquit in clericū vel ecclesiā ex quo pnunciatus est
excōicatus,vt.C.de epi.ꝛ cler.autᷣ.itē nulla cōmunitas ꝛ in autᷣ.
de mand.prin.§.si vero canonicū.Ista acta deferūtur coram iu
dice seculari nunqd ex illis possit iudex punire pena seculari sine
alio pcessu:videtur ꝙ sic cū cognitio sit facta per iudicem suum
quo ad hoc ꝛ sit recte pcessum p.d.l.j.C.de officio comitis reruꝫ
priuata.ꝛ arg.j.de admin.tuto.l.tutores qui.post finem.§.here
7 des.ꝛ.l.titiū ꝛ meuiū.§.tutoris.In cōtrarium est ar.† qꝛ ex deli
cto eiusdē hoīs sepius queri nō dꝫ.j.nau.cau.sta.l.lꝫ.§.fi.Cre-
do ꝙ iudex secularis possit de crimine procedere non tamen ex
illo processu vt faciat plenam fidem ar.j.de iureiu.l.si duo.in pn
cip.ꝛ pro hoc.j.de tab.exhibē.l.iij.§.si quis dolo.ꝛ arg.C.de fal.
l.de fide.ꝛ videtur expressum in autᷣ.de sanc.epis.§.si vero crimē.
col.ix.ꝛ.C.de sac.san.ec.l.placet.in fi.Jura cōtraria non obstāt:
quia ibi non restabat nisi executio quando mittebantur acta.ꝛ
quando dicitur ꝙ nō dꝫ sepius de delicto eiusdem hominis q̄ri
concedo vno ꝛ eodem respectu seu vno iudice sed diuersis secꝰ.
Pet.ꝛ Gul.

1 ☞ Ordinarius causam potest delegare.
2 Jussus ad hoc vt valeat debet continere quatuor.



1 **Eum qui.** ¶ Qui debet delegare vel iube-ret† dꝫ esse ordinarius cause.h.d.
¶ Ibi potestate maxima vel media,vt.s.eo.l.impe-
riū.vnde in delegatiōe tria sunt necessaria.s.ꝙ sit or
dinarius ꝛ illius cause ꝛ qđ cā sit delegabilis.Et de ista materia
delegationis plene dixi.s.eo.l.more.ꝛ.l.plꝫ.C.de peda.iudi.In
2 iussu quatuor sunt necessaria†.s.qđ ille cui iubet sit ei subiectus
vt sic ei necessitatē possit imponere.ꝛ alia tria q̄ dixi in delega-
tione.¶ In gl.vlt.ibi,vel verius.ꝛ hāc approbat Ja.bu.¶ In
ead.gl.in fi.vel dic qđ ibi successor miserat legatū suū alias dura
ret vsqꝫ in aduentū successoris,vt.l.meminisse.s.de offi.procon-
sul.ꝛ leg.Ja.bu.¶ Itē dicit Ja.ꝙ litera huius.l.in fi.facit con
tra rectores qui vltima die sui regiminis eligūt custodes castro
rū episcopatus qui post finitum regimē debēt durare in eorum
officio ꝛ custodia:qꝛ videtur ꝙ facere nō possint arg.huius lite
re.Ja.¶ Contrariū puto verū qꝛ eius ptās ꝛ iurisdictio adhuc
durat,vt.d.l.meminisse.¶ Pergami est statutū ꝙ vltimis octo
diebus nō possint sententias ferre nec aliquē carceratum rela-
xare.ꝛ vide.j.de iudi.l.venditor.§.j.ꝛ vide qđ not.Ber.extra de
iureiur.c.ꝛ si christus.§.j.in gl.que incipit qualitercunqꝫ.in fin.

1 ☞ Maior potest se submittere iurisdictioni minoris.et facit ad pulchram decisionem.
2 Obligatio inter dominum ꝛ seruum est inefficax.
3 Imperator ꝛ papa ad bene placitum possunt de causis imperij ꝛ ecclesie cognoscere.
4 Cause voluntarie iurisdictionis per quem debent expediri.qd in contentiosis.



Est receptum. Maior potest se sup-ponere iurisdictiōi mi
1 noris.h.d.Unde dicit gl.ꝙ si imperator† hꝫ litē cuꝫ
aliquo ꝙ pōt se supponere iurisdictiōi alteriꝰ.ꝛ ideꝫ
est in papa,vt.ij.q.vij.c.nos si incōpetēter.ꝛ dixi.C.de epi.ꝛ cle.
autᷣ.statuimus.¶ Sed contra opponit glo.C.de libe.cau.l.cuꝫ
affirmes.ꝛ.l.post certi.vbi cōuētio nō tollit id quod maioritas
inducit.

inducit. Glo. non soluit. ¶ Sed tu dic scdm Jac.but. aut actus interueniens facit cessare maioritatē impediēdo ⁊ tūc maior potest se subijcere minori vt hic ⁊ manumissio idē faceret in cōtrarijs, sed cōuentio de manumittēdo inter dñm ⁊ seruū nō tollit maioritatē, nam dñs nō desinit esse dñs: ⁊ sic non cessat cā impe
2 diens: †q2 inter dñz ⁊ seruū obligatio est inefficax, vt. C. de trās. l. interpositas. Ja. ¶ Uel dic qđ ibi speciale fauore libertatis. And. ¶ Uel secundum Ja. de bel. ibi in domino ⁊ seruo hic in domino ⁊ subdito libero, vel ibi in domino et seruo inuicem participēte hic in domino subijciēte se iurisdictioni subditi sui liberi tū. Ja. de bel. ¶ Et ꝙ maior iudex possit se subijcere iurisdictioni minoris bene facit. ꝟ. ad treb. l. ille a qu. §. tempestiuū. vbi cōsul q est illustris supposuit se iurisdictioni pretoris qui est spe
3 ctabilis: †imperator tū ⁊ papa si eis placet possunt cognoscere de causis imperij ⁊ ecclesie, vt. ꝟ. de his que in test. delen. l. prime. ⁊ dixi. C. ne quis in causa sua iudicet. l. vnica. honestius tamen faciunt alijs se subijciendo vt hic. ¶ Item dicit gl. quod hec lex locum habet in iurisdictione contentiosa que per consensuz potest prorogari secus in voluntaria in qua non hʒ locum prorogatio. ⁊ allegat. ꝟ. de manu. vind. l. apud. ⁊ qđ ibi no. ⁊. C. de emācipa. libe. l. vlt. sed illa. l. vlt. prorsus alio casu loquitur vnde magis videtur quod in voluntaria possit se subijcere ꝙ in cōtentiosa. ar. ꝟ. de offi. pconsu. ⁊ leg. l. j. ⁊. ij. Et no. ꝟ. de manumis. vind. l. etiam. §. fi. ¶ Et ideo dic fm Dy. ꝙ hic ex prorogatione cōceditur. ibi autem in. l. apud. ex vigore ꝓprie iurisdictiōis denegatᷓ. Dy. ¶ Uel posses dicere defendendo glos. quod ratio est quia
4 †illa que sunt volūtarie iurisdictionis possunt expediri apđ seipsum per quēcunqꝫ iurisdictionem habentez, vt. ꝟ. de offi. pto. l. j. Illa autē que sunt contentiose iurisdictionis non potest expedire corā seipso: ⁊ ideo vt ius reddatur potest se subijcere. In voluntarijs autem ideo prohibetur quia per seipsum expedire potest ⁊ ideo alteri se nō subijciat. ⁊ pro hoc bene facit. ꝟ. de cōdi. instl. l. quia ratio suadet. Et facit ista. l. quod si sunt duo dñi i vno castro ⁊ vnus delinquat an alius possit eum punire. de quo dixi. ꝟ. de re. diui. l. vlt. Pe. ¶ Sʒ videtur ꝙ ex hac. l. magna sequatur absurditas. Pone eniʒ quod iudex maior subiecit se iurisdictioni minoris lata sentētia per illum necessario appellabitᷓ ad illum qui se subiecit tanꝙ ad superiorē. ⁊ sic erit iudex in causa sua. vnde ad hanc absurditatē vitandā dic ꝙ. l. ista nō loquatᷓ de minori iudice subiecto maiori, sʒ de alio minori nō subiecto. vnde archiepiscopus mediolanensis nō posset se subijcere alicui episcopo prouincie sue sed alterius sic fm Ja. de rauē. ⁊ fm hūc intellectum nō esset verū qđ dicit gl. ꝙ imperator posset se subijcere minori iudici seculari cū omnes sint subiecti imperatori et sic resultaret predicta absurditas. Sed ista absurditas posset tolli si diceremus ꝙ imperator vel alius superior causam appellationis delegare teneretur, vt. ꝟ. ea. l. pretor.

1 ¶ Error impedit prorogationem iurisdictionis.
2 Errans an videatur consentire.
3 Eligens iudicem incompetentem per errorem non videtur electiōi sue preiudicasse.
4 Sententia lata in preiudicium scientis an teneat si vnus errauit ⁊ alius non.

1 Si per errorem. Error† impedit prorogationem iurisdictiōis vt hic. Cōcedit etiā peniten tiā ante lit. cōte. vt ꝟ. eo. l. si cōuenerit quā hic iunge. ⁊ vide qđ no. ⁊ dixi ꝟ. de aqua plu. arc. l. sed hoc ita. ⁊ qđ no. p Inno. extra de offi. dele. c. prudentiam. circa medium glo. exponit alius pro alio puto vrbanus pro peregrino. quod declara sic: duo enim erant pretores rome vnus qui reddebat iura ciuibus ⁊ dicebatur vrbanꝰ. alius peregrinus qui reddebat iura peregrinis, vt. ꝟ. de ori. iur. l. ij. §. cū consules. ⁊. §. seq. Ibi error facti. Ibi imperitiam iuris. non ob. ꝟ. de app. l. j. §. si quis de iud. l. heres absens. ⁊. C. de iud.
2 l. nullum. vt ibi dixi. Ray. ¶ Oppo. gl. duobus modis qđ †er
a rans[a] videatur consentire primo de. l. eum qui. §. si iniuria. ꝟ. de iniur. sol. vt ibi. Uel dic quod licet ibi errauerit in cōditiōe psone consensit tamen delinquere ⁊ inde sequitur sue voluntatis ⁊ propositi penam ne eius delictum remaneat impunitū ad secūdum contrarium de leg. j. §. si legatarius. ꝟ. ad legem falci. dic vt ibi no. q2 licet ibi erraret in quantitate patrimonij consentiebat tū in legato soluendo. ¶ Item dicit glo. quod hic iperbolice loquitur iperbole est excessus veritatis vt in ouidio epistolarum. Frigidius glacie pectus amantis erat. sic ⁊ hic dicit qđ nihil est tam contrariū consensui quā error: ⁊ tamen metus videtᷓ magis cōtrarius, vt. ꝟ. quod metus causa. l. j. Sed dici posset quod hic non loquitur iperbolice quia in errore nullus est consensus in metu sic lʒ coactus, vt. ꝟ. quod metus cau. l. si mulier. ⁊ de ista iperbolica locutione dixi in alphabeto dictione iperbolice loquitur. ¶ Item gloss. reprobat Bul. in tribus. primo quia distinguit inter errorem facti ⁊ iuris per. l. ij. ꝟ. de cofessis. Sʒ saluari posset Bul. quia non negat vtrunqꝫ errorez nocere, sʒ hāc ⁊ alias que dicunt nocere iuris errorem intelligit ante litem cōtestatam. vel dic pleniꝰ aut loquimur de errore qui cōtingit circa rem in iudicium deductaz: ⁊ tunc nullus error inducit sʒ impedit cōsensum ante litē contesta. ⁊ hoc sentit hic glo. post cōtestationem erroris facti impedit iuris non ⁊ hoc fauore ⁊ rigore iudicij ⁊ sic loquitur. d. l. ij. de confessis. Si autez cōtingat error circa iurisditionem iudicis, dic quod ante litem contestatam omnis error impedit post litem cōtestatam cum iam iurisditio sit firmata per consensum error superueniens nō impedit arg. l. patre furioso. §. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ⁊ sic in casu l. nostre nō est inter errores distinguēdū ⁊ si hoc sensisset Bul. male dixisset. ¶ Item non dico aliquem errorez impedire post contestationem. ⁊ si hoc sensisset Bul. male sensisset ratione predicta. ¶ In secundo vbi dicebat considerari solum errorem et scientiaz rei facit pro Bul. quia in eius potestate est mutare domicilium ⁊ sic iudicem ⁊ sic hoc dependet ab eius solo consensu ergo errorem ⁊ consensum debeo iudicare secundum eū. Sʒ dic quod licet possit mutare tamen vbi habet plura fora vel iudices electio est actionis corāz quo agere velit. ꝟ. de eo qui certo loco. l. ij. vnde videbatur actori sibi per electionez iudicis preiudicas
3 se quod non est vbi errando eligitur incōpetens †quia tunc nō videtur iuri electionis sue preiudicasse sed exigitur eiꝰ cōsensus ⁊ scientia. argumen. ꝟ. de lega. l. j. serui electiōe ⁊ de operis liberto. l. ij. ⁊. iiij. ⁊ de inoffi. testamen. l. mater. ¶ In tertio etiam videtur posse excusari: quia licet ante litis consta. stare non cogātur: quia possunt voluntatem mutare vt. ꝟ. eod. l. si cōuenerit tamen videtur ex facto ⁊ voluntate actio prorogata. ¶ Pro opi. tamen gloss. bene facit. ꝟ. de iudi. l. non videtur in iudicem cōsensisse. vel dic quod ex sola aditione transit iurisditio sed commutabiliter: quia possunt penitere post litis ɔtest. incōmutabiliter quia penitere non possunt, vt. d. l. si conuenerit. ꝟ. eodē. Jac. bu.
4 ¶ †Sed quero si vnus errauit alius nō, an teneat sententia in preiudiciuz scientis. Jaco. de ra. quod sic sicut dicitur in matrimonio incesto quod tenet quo ad ignorantem quo ad scientem nō. C. de incest. nup. l. qui contra. ¶ Ad arg. gl. ꝙ nō dʒ claudicare iudicium. Respondeo verum esse nisi subsit ratio claudicationis ⁊ inequalitatis sicut videmus in minore. C. de pcurato. l. non eo minus. ¶ Item querit Bul. si duo sperabant qđ Titius intra octo dies efficeretur iudex ⁊ ceperūt litigare corā eo ⁊ factꝰ est postea iudex intra octo dies an teneat processus corā eo ante factus videtur quod sic. argumen. huius. l. ⁊. ꝟ. de iudi. l. j. ⁊. ij. de adulte. l. si vxor. §. j. ⁊. iij. C. de appellat. l. precipimus. §. fi. ꝟ. de inoffi. testa. l. siue pars. vnde licet ab initio sit priuatus tamen si postea efficiatur iudex valeat quod actū est arg. ꝟ. de sta. ho. l. ⁊ seruorum. §. j. ⁊ in aut. qui. modis natu. effi. sui. §. si quis igitur. ⁊ bene. ꝟ. de testamen. tutel. l. si nemo. §. fi. Contrarium tenet per. l. priuatorum. C. e. qui dari tuto. pos. l. in vniuersis de iudic. l. iudicium soluitur. ⁊ iudi. solu. l. si ante. §. fi. ¶ Non obst. l. precipimꝰ. §. fi. quia iudiciuʒ ibi rite fuit fundatū ⁊ initiatū. vnde semper est iudex licet adeptus sit maiorem dignitatē. ¶ Ad l. ⁊ seruorum respondet ꝙ est speciale. Ad. l. si nemo. dicit ꝙ ibi administrabat volūtate testatoris q habebat ius. S. vltimo distinguit cū aliquis erranter facit aut animo iuris noui cōstituēdi ex errore ⁊ deficit quod fit vt hic ⁊. C. de iur. ⁊ facti igno. l. cuz testamentum. de acquir. rerum domi. l. si pcurator. ⁊. ꝟ. de aqua plu. arcen. l. sed hoc ita. Si non fiat animo iuris noui constituēdi si in sola causa sit error non impedit quod fit ⁊ sic velle dicitᷓ licet volūtas ab errore causetᷓ, vt. ꝟ. ad. l. fal. l. j. §. sic legatarius. ⁊ de supel. leg. l. ij. in fi. Sed si error sit in psona ⁊ per cōsequens in cā secꝰ, arg. ꝟ. de fur. l. si quis vxori. §. cum titio idem si error sit in re. ⁊ per ɔsequēs in causa habito respectu ad rez, vt. ꝟ. de acq. pos. l. si me in vacuaz. idē si in qualitate persone sit error, vt. ꝟ. de testa. tute. l. si hereditas. in fi. Ja. de are. ¶ In glo. vltima ibi ante litē ꝙ noceat ⁊ postea id est quādocūqꝫ pbatur error facti ante lit. cōtest. vel post semper impedit iudicij pcessum ⁊ tollit qđ actū est. ¶ Ibi postea nō id est si allegetur ⁊ pbetur ante lit. cōtest. impedit vltra procedi si postea non impedit processum. Jacobus de are.

a ¶ Errās. Ad de Spe. in tit. de po. §. viij. ꝟ. sʒ pone cōfessus Bal. in. l. j. C. qui admi. ⁊ in. l. vēditione. C. de vsu. pemp. Ale. in l. fi. C. de condi. inde.

1 ¶ Pretor pōt mandare totū ⁊ partem sue iurisditionis.
2 Potestas alicuius ciuitatis an possit alicui in totum committere vices suas.

1 Solet. Pretor †potest mandare totum ⁊ ptem sue iurisditionis. h. d. cum. l. seq. Et glos. hic tenet ꝙ mandata iurisditione generaliter nō trāsit merum imperium q2 delegari nō potest. Bul. de

suza.hic tenet contrarium ꝙ licet specialiter nō possit delegari tamen cum vniuersitate transit.j.de acqui.re.do.l.quedaz.cum fi.nam iste fungitur vice delegantis nō sua vt hic dicitur.et ita dicit ⁊ videmus fieri tota die per reges ⁊ barones in terris ⁊ castris eorum vbi ponunt rectores ⁊ officiales qui ibi exercēt merum imperiū.⁊ de hoc dixi.d.l.j.s̄.tit.ij.vltra princip.versic.item opponitur ad idem ⁊ circa fin.versi.sed quid si habens castrum Opi.glos.sequitur Ray.⁊ dicit esse casum.d.l.s̄.tit.ij. ¶Item
2 querit an potestas†alicuius ciuitatis possit alicui committere vices suas in totū ⁊ recedere pro factis suis.tenet quod non qꝛ non potest seruire per substitutum.⁊ pro hoc bene licet non alleget in aut.de colla.§.prohibemus.⁊.§.iubemus.colū.ix.⁊.s̄.de offi.presi.l.legatus. ¶In glos.ij.in fi.aliqui sic arguunt inquātum facit in totum denegata administratio tantuz in parte,vt l.si duo.de admi.tuto.sed si in totuz esset denegata qꝛ nihil esset commissum nihil posset subdelegare:ergo idem parte tantū negata ⁊ parte commissa.sed argumentum non procedit:qꝛ intelligi dz tantum facit negata in totum quo ad totum quantū in parte quo ad partem negatam:non quantum ad concessam.vnde bene sequitur quod nihil potest de parte negata.And. ¶In glo.bona ratio.dic imo puto ꝙ litera noluit dicere qđ fictuz sit omnis iurisdictio ergo nō remanet ordinaria.si non ordinaria ergo nec delegata transit ad quod respondet ista litera.Jac.

1 ☞Aduocatus in cā capitali vel alia meri imperij qui postea effectus est iudex an possit causam delegare.
2 Cause meri imperij propter absentiam delegantur.
3 Delegatus a principe in causa in qua fuit aduocatus an possit causam alteri committere.

PRetor. Dicit glo.⁊ bene quod hic dicitur in tex.qđ iusta causa est delegandi causam in qua factus est iudex vbi fuerat aduocat⁹.hodie est necessaria,vt.C.de asses.l.fina.in fi.et dic vt ibi
1 de hoc dixi. ¶Sz quid si fui aduocatus†in causa capitali vel alia meri imperij ⁊ sum factus iudex:nunquid talem causaz potero delegare?videt̄ ꝙ nō qꝛ tales cause nō sunt delegabiles.vt s̄.de offi.eius cui mand.est iur.l.j.Quidam dicūt qđ cognoscet sed associabitur sibi episcopus vt causa sine suspicione ꝓcedat,vt.C.de iud.aut.si vero contigerit.Pet.⁊ Gul.tenent quod delegabit alias enim ista.l.nullum haberet dubiū in causis delegabilib⁹ sui natura ⁊ lex debet prodi in casu dubitabili ad carbo.l.quod labeo.⁊ pro hoc bene.C.de peda.iudi.l.ij.⁊ qꝛ in ista maius vertitur periculum.vt.C.de episco.audien.l.addictos.ergo fortius debet sine suspicione procedere.Item quia cause me-
2 ri imperij†delegant̄[a] ꝓpter absentiā,vt.d.l.j.de offi.eius cui mā-
a da.est iuris.sed iste videtur absens.j.vt ex qui.cau.maio.l.in eadem.§.succurritur.quia iste sine suspicione ⁊ verecūdia nō posset esse iudex in causa in qua fuit aduocatus, vt hic ⁊.d.l.fin.C. de assesso.ergo pro absente quo ad hoc reputatur quod ergo in contrario dicitur quod nō potest delegari nisi ex causa absentie
3 intellige vel alia simili,vt.j.ad legē.aqui.l.illđ. ¶Sz pone†aliquis est delegatus a principe in causa in qua fuit aduocat⁹ volo ipsum recusare ipse vult aliū cōmittere nunquid pōt.videt̄ qđ sic.arg.j.de neg.ge.l.at qui natura.§.si me viuo. ¶Item qꝛ talis delegatus equiparat̄ ordinario,vt.C.de iud.l.a iudice.sz ordinarius potest vt hic ergo ⁊ ipse.⁊ pro hoc.j.de his qui not.in fa.l.furti.§.qui alieno.Dicit Pet.⁊ Gul.aut cōmisit anꝙ recusaret̄ ⁊ sic videt̄ agnouisse bonā fidem ⁊ vz.nec potest sibi aliqd impingi arg.j.de iur.fisci.l.edicto.§.fina.⁊ sic potest intelligi.l. ista iuncta.d.l.a iudice.vbi aūt non cōmisisset anteꝙ recusaret̄ nō pōt postea:qꝛ iam factus est suspectus ar.C.de suspe.tuto.l. cū qui.⁊ de procu.l.reus.⁊ pro hoc.j.de exc.tut.l.iij.§.verus als iuris.⁊.l.iurisperitos.⁊.l.tutor petitus.in princi.Et bū facit de bonis liber.l.nihil.§.j.⁊ de lib.leg.l.cū heres.⁊ est casus extra de offi.delega.c.iudex.lib.vj.licet non allegetur per Pet.⁊ facit.C. de iud.l.cum apertissimi.cum ibi no.Itē per hanc.l.determinat̄ questio si ep̄s bono.iudicauit in aliqua causa ⁊ appellatuz fuit ad archiep̄m rauennatē quo mortuo ⁊ cā appellatione pendente ep̄s bono.factus est archiep̄s rauēnas ꝙ de dicta appellatione non possit cognoscere sed teneat̄ aliū cōmittere.⁊ ita tenet gl. C.de ap.l.eos.circa prīn.⁊ Py.in questio.suis.cxxiiij.questione que incipit bono.episcopus iudicāte.⁊ Barto.brixien.in suis q̄stionibus.xxxviij.q.⁊ incipit causa fuit agitata.⁊ no.etiaz.iij.q. vij.c.item si contra patrē.in glo.⁊ per Archi.licet contrariuz innuat gl.j.de inoff.test.l.filius.

a ¶Delegant̄. Adde Bart. in.l.j.de offic. eius. Alex.in l.iubere.de iuris.omni.iudi.

1 ☞Uerbum conuenio importat pactum nudum.
2 Clericus an possint consentire in non suum iudicem.
3 Semel approbatū amplius nō potest reprobari ⁊ facit ad pulchram decisionem.
4 Renuncians priuilegio fori potest ante litem contestatam penitere.
5 Pactum quod quis possit vbiqz conueniri quomodo debeat fieri.
6 Promissio quod quis possit vbiqz conueniri ad hoc vt valeat oportet quod promittens renunciet specialiter huic legi ⁊ alijs.

SI conuenerit. Summariū posui.s̄.eo.l.si per errorez.que est de ea materia.vel dic pactum iurisdictionis conferende eam non confert.⁊ si velis intelligere ꝙ hic mutata fuerit voluntas vtriusqz tunc plane ꝓcedit.si a prin.intelligas voluntatem vnius tm̄ mutatā tunc teneas opi.gl.que fuit Jo.⁊ Azo.s.vt ante lit.contest.possit mutare post non.Qđ verum puto quo ad hoc vt iurisdictionē talis iudicis possit euitare sz si conuentio de adeūdo eum fuisset vallata stipulatione vel pena tunc tenent doctores quod agi posset ex stipulatiōe ad interesse vel penā.⁊ hec fuit opi.Azo.in apparatu suo in gl.que
1 incipit.§.nudo pacto.⁊ hoc etiam colligi potest ex verbo†cōuenerit,qđ sui natura de nudo pacto intelligitur.vt.j.si cert.pet.l. lecta.ver.conuenit.⁊ solu.mat.l.quoties.§.fi.⁊ hanc opi.sequūtur Gul.de suza.⁊ Mar.fili.⁊ multi alij licet quidā contradicētes ꝙ pactū est cōtra.l.istam,vt.j.de arbi.l.cū lege. ¶Sz dic ꝙ nō est cōtra.l.istā sed preter.qꝛ hec.l.nō reprobat pactum lz dicat ex pacto nō cōferri iurisdictionem. ¶Oppo.gl.de.l.vlti.C. de pactis ⁊ obscure soluit.Et ideo dic qđ hic fuit conuētio quod non iudex fieret iudex. ¶In lege contraria fuit conuentum qđ iudex declinabilis fieret indeclinabilis.vnde in contrario fuit ⁊ renunciatum priuilegio fori sibi competenti quod potest vt ibi vt autem agebatur quod fieret iudex qui non erat quod nō est ita facile.vnde aut agitur de iurisdictione proroganda ⁊ hz locum hec.l.aut de non declinanda ⁊ habet locū contrarium.Et exemplum quod ponit gl.de scholare non videtur bonum quia per ista iura scholares non habebant electionez, sed eaz habēt per aut.habita.C.ne filius pro patre.Item non ob.C.de testi.l. nullum.quia ibi delinquendo hic non.Ray. ¶Sed nunquid
2 clericus†potest consentire in non suum iudicē?dic qđ ad hoc vt clericus consentiat in iudicem non suum septez sunt necessaria que notantur per Host.in summa de officio delega.§.quib⁹ modis eius iurisdictio prorogetur vltra principium versi.clericus autē.⁊ ad hoc extra de fo.compe.c.si diligenti.⁊.c.significasti.cū vtrobiqz no.⁊ quod dixi.C.de episco.⁊ cler.aut.statuimus.⁊ in Spec.de competentis iudicis aditione. ¶Sed pone ꝙ duo cōuenerunt litigare coram non suo iudice:vnus venit coram iudice alter non.Dic qđ ille qui venit habebit actionem de dolo ad interesse ⁊ expensas.argu.j.de dona.l.qui saxū.§.fi.de prescrip. verb.l.permisisti.§.fi. ¶Sed nunquid est idē quod hic dicitur in iudice delegato?pone aliquis qui poterat recusare iudicez delegatum tanꝙ suspectum aliquid fecit ex quo apparet qđ consensit in eū,puta prestando satisdationez corā eo vel simile faciēdo,vult nihilominus ante litem contestatam eum recusare:nūquid possit?videtur qđ sic.C.de iud.l.apertissimi.Itē qꝛ nō videtur consensisse nisi per lit.conte.vt hac.l. ¶Contrarium tenent
3 Pet.⁊ Gul.†cū semel ipsum approbauerit argu.C.de testi.l.si quis testibus.⁊ de neg.gest.l.pōp.⁊ hoc videtur sentire glos.C. quādo ap.sit.l.fi.vbi de hoc dixi ⁊ ibi tenent cōtrariū Dy.⁊ Ja. de belui.per aut.offeratur.C.de litis contestatio.pro opi.sua allegat Pe.in aut.de exhiben.reis.§.j.col.v.Ad.l.istam respondet qđ loquitur de iurisdictiōe dāda iudici non suo.at nos loquimur de non declinanda seu auferenda arg.j.de edi.edic.l.queritur.§.si vēditor.⁊ vide quod notaui.C.de iudi.l.apertissimi.Itē l.ista videt̄ destruere pactum ꝙ continue faciunt mercatores q recipiunt mercimonia ⁊ faciunt pactum quod possint conueniri ꝓ ipsis mercimonijs quolibet loco in terra ⁊ mari ⁊ vbiqz locorum:nam tale pactum videtur non tenere quominus ꝓmissor ante li.contest.possit penitere,vt hic dicitur.quid dicem⁹ cū hoc continue fiat.quidam dicunt ꝙ pactū fieri dz quod soluet vbicunqz petitum fuerit:qꝛ ibi videt̄ contraxisse vbi soluere ꝓmittit vt.j.de actio.⁊ ob.l.contraxisse.vnde ratione cōtractus ibi poterit cōueniri.sed ista forma non videtur sufficere nā si actor ex-
4 tra proprium forū cōueniat reū reus poterit excipere†qđ aū lit. contest.potest penitere per.l.istam si actor replicet de pacto quo reus ꝓmisit vbicūqz peteret duplicabit reus qđ ante lit.conte. nō dicitur quis petere velle,vt.j.rē ra.ha.l.ampli⁹.⁊ si actor dicat contesteris hic litem dicet reus ego nolo qꝛ licet mihi penitere.d.Jaco.de are.dicit ꝙ si specificet̄ aliquis locus postea subijciatur clausula generalis qđ pactum valeat per.l.j.de admi.tuto.l.titium ⁊ meuiū.§.tutores dati.⁊ ar.j.si quis cau.l.⁊ si quis. §.quesitum.do.Old.de ponte dicebat ꝙ etiā si non exprimatur aliquis

aliquis locus valeat pactum per. l. j. ff. depositi. l. lucius. in prin. sicut enim generalitas temporum non impedit obligationē cōtrahi, vt. ff. de verb. obli. l. si cum petitio. ita nec locorum de hoc vide quod no. per Inno. extra de foro compet. c. dilecti. & de off. deleg. c. significantibus. & in Specu. de competentis iudic. aditione. §. j. ver. sed quid si promisi. & ver. seq. & de renunciatione & conclusione. §. j. versi. & est beneficium. & de hoc bene extra de fo

5 ro compe. c. Romana. §. contrahētes. lib. vj. †Communis opin. modernorum est ad omne dubium tollendum quod pactū fiat hoc modo ꝙ debitor cōueniat ꝙ possis eum conuenire in tali loco & vbicūq volueris: creditor vel eum inuenerit & quod ipse debitor promittat se soluturum in loco specificato & vbicūq creditor voluerit & eum inuenerit: quia tunc ibi videtur cōtraxisse, vt. d. l. contraxisse. de actio. & ob. de bo. aut. iudi. pos. l. j. ff. & iij. et not. ff. de iudic. l. exigere. vnde ratione contractus ibi sortitur forum & ibi poterit conueniri, vt. ff. de iudi. l. heres absens. §. j. & si adijciatur pena cautius est. pro hoc bene facit. d. l. titium et meuium. §. tutores dati. vbi de hoc satis dixi. & d. l. si quis in cōscribendo. C. de episcopis & cleri. ver. sed an possit debitor conueniri & plene in alphabeto dictione promissio. Quidam etiam nō subtiliter dicunt ꝙ si duo conueniant de litigando corā aliquo illud quod in conuentione deducitur perficiēdum est in loco cōuentionis. vel vbi iudex de quo conuenit morā trahit & ius reddit: ergo ibi videtur contractum, & per consequens vnus alium poterit conuenire. Et si dicatur hoc verum est vt ratione cōtractus possit conueniri sub iudice corā quo cōuenerūt litigare, sz nō super principali de quo litigare debebant. hoc nihil est: q2 in illa conuentione de litigando coram certo iudice deductum est factum. ¶ Ad quod secundum veram opinionem quis precise compellitur, vt. ff. de ope. no. nun. l. stipulatio. §. fine. Dicūt etiā quidam ꝙ si quis velit pactum de quo hec. l. loquitur valere faciant ꝙ renuncietur omnibus exceptionibus dilatorijs & declinatorijs: & tunc necesse habebit respondere coram tali iudice ar gu. d. l. si quis in conscribendo. & de iureiu. l. si quis iusiurādū. Sed contra puto quia per talem generalem renunciationē nō efficitur iudex qui non est. & pro hoc. ij. q. j. in primis. xj. q. j. inolita. c. placuit. & c. pe. & extra de iud. at si clerici. de foro compe. c. si diligenti. nam obstante tali renunciatione generali admittuntur legitime exceptiones, vt. ff. qd vi aut clam. l. iiij. & extra de offi.

6 dele. c. ex parte. †& ideo cautius esset ꝙ specialiter renūciaretur huic. l. & postea gn̄aliter. Et q2 de prorogatione iurisdictiōis hic agitur dic de ea plene, vt no. & dicam. ff. de iud. l. j. & ij. & dixi. C. de iur. om. iud. l. j. & de episco. aud. l. episcopale.

1 ¶ Preuentio per litis contestationem vel per sententiam impedit fori conuentionem.
2 Desponsata & non transducta an mutet domicilium.
3 Mulier que habuit plures maritos quare debeat sepeliri in sepulchro vltimi.
4 Mulier an teneatur sequi forum viri.



1 **Cum quedam puella.** ¶ Preuētio per lit. †contesta. vel per sententiam impedit fori conuē tionem quo ad causam illam & idem iudex mandat illam sententiam executioni. h. d. Quod est verū vbi erat iudex sine prorogatione sed si solū ex prorogatione non posset sn̄iam suam exequi, vt not. in glo. ff. si quis in ius voca. non ierit. l. ij. §. j. vbi de hoc. & C. de episco. aud. l. episcopale que prima facie videtur contra. l. istam. ¶ Itē non ob. ff. de execu. tuto. l. idem vlpianus. §. fi. & C. eo. l. ij. vt ibi colligi potest. ¶ Querit gl. de ea que

2 desponsata †est sed nō transducta, an mutet domiciliū. & remittit ad no. in. l. ea que desponsata. ff. ad munici. vbi no. qd mutat. ¶ Et facit hec. l. ꝙ mulier debeat sepeliri ī sepulchro mariti. & si

3 plures maritos habuerit in sepulchro vltimi: †quia eius sequitur domicilium. Et est expressum extra de sepulturis. c. is qui. §. fin. lib. vj. ¶ Sed quero: episcopus pergameñ. excommunicauit aliquem pergameñ. iste transtulit domicilium ad ciuitatē brixieñ. nunquid eps brixieñ. poterit eum absoluere a tali excōicatione: videtur ꝙ sic: quia factus est de foro eius per mutationē domicilij. ¶ Sed dic contra vt extra de for. compe. c. proposuisti. & no. per Arch. de senten. excō. c. eos qui. lib. vj. & pro hoc est arg. l. ista. Et de ista preuentione dicetur. ff. de iud. l. si quis post

4 ea. ¶ An mulier †teneatur sequi virum dic vt plene not. p Archi. xiij. q. ij. c. vnaqueq. & dixi. C. de vxore militis. l. j.

1 ¶ Inspicitur non quantum debetur sed quantum petitur.

1 **Quoties** Non spectamus quid fieri debuit, sed quod factum est. h. d. Uel clarius: †non quantum debetur sed quantum petitur inspicitur. Glo. opponit duobus modis & nō soluit. primo de. l. si idem cum eod. §. eod. vbi de ista materia plene dixi. secundo de. l. licet. §. de offi. presi. ¶ Ad primum dic ꝙ recte intuenti non est contra. quia & hic & ibi consideratur quod petitur. Item hic & ibi consideratur quod euenire potest & debet: quia qui de toto cognouit de toto debet iudicare, vt. ff. de iudic. l. de qua re. ¶ Ad secundum contrarium dic ꝙ hic & ibi consideratur quid fieri debet iudicando. nam hic & ibi iudex iudicabit secundum veritatem. sed quantū ad hoc vt iudicet ɔsideratur quod petitur: quia de toto debet iudicare: ergo non vt sic iudicet: sed vt de toto quod petitur iudicet. Jaco. bu. ¶ Uel dic secundum Jaco. de bel. ad. l. si idem. in fi. ꝙ sequendo opinionem offilij & proculi non est contra secundum concor. sz sequendo opi. Pegasij & cassij videtur contra. ¶ Sed dic ꝙ sic alter est actor & alter reus. vel ibi actor est cōmunis: quia vterq ibi est actor & reus hic vero specialis. vel ibi in iudicio vniuersali hic in singulari. Ray. ¶ Ad. l. sed licet. responde vt no. & dixi d. l. si idem in fi. Uel dic qd ibi in sententia ferēda hic vero in iurisdictione danda vel non. vel ibi est res certa hic dubia. Ja. de bel. ¶ Uel ibi loquit in male facto a persona extranea: hic in p sona contingente, scilicet in actore. Ray. ¶ Itē Ray. hic dicit per hūc. §. posse decidi questionem si statutum prohibet probari per testes in causis excedentibus quantitatem. xxv. librarum qd ille cui maior quantitas debetur poterit minorē petere & p testes probare. ¶ In contrarium facit. ff. si cer. pet. l. quidam estimauerunt per Bul. sed ibi petebatur maior quantitas & pbari poterat hic non. Ray. ¶ Ultimo opponitur extra glos. de. l. ampliorem. in fin. C. de app. Sed dic ꝙ ibi in vniuersalibus loquitur vbi tenet iurisdictio propter dubiū. & vide quod dixi. ff. eo. l. fi. & ff. si cer. pet. l. quidam estimauerunt. in fi.

1 ¶ Excedenti iurisdictionem suam re loco persona vel tempore non paretur impune.
2 Episcopus expulsus potest iurisdictionem suā exercere in aliena dioecesi.
3 Legatus vel episcopus an possit extra suam iurisdictionē cōferre beneficia & alia facere que sunt voluntarie iurisdictionis.
4 Iudici existenti extra territorium & mandāti subditis aliquid fiendum in territorio an sit parendum.
5 Episcopus vel potestas an possit exercere suam iurisdictionem extra territorium de consensu domini cuius est territorium.
6 Indulgentia concessa per episcopum subditis operantibus extra territorium an illis prosit.
7 Cōueniri quis pōt in loco domicilij p re q̄ est extra domiciliū.
8 Bona existentia extra domicilium vendūtur ex decreto iudicis domicilij.
9 Parochianus potest audire suū subditū extra parochiā suā.
10 Tempus in quo actus debet confirmari est attendendus.
11 Prelatis in aliena dioecesi tria prohibentur que hic vide.
12 Executio que fit in rebus existeñ. extra territorium fit per literas missas iudici in cuius territorio sunt ipse res.
13 Indulgentiarum due sunt species.
14 Iudex an possit citare aliquem extra suum territorium vel prouinciam.
15 Iudex iudicans vltra suam iurisdictionē an bene iudicet & valeat eius sententia.
16 Relatiuum quis vel qui iunctum verbo indefinito expressum restringit & non expressum excludit.
17 Iudex an possit multare extra territorium.



1 **Extra territorium** †Excedēti iurisdictionem suā re loco persona vel tēpore non paretur impune. h. d. tex. & glo. in effectu. & vide quod dixi. ff. de postulando. l. ex ea causa. Et construe negatiuā non cum verbo paretur vt sit sensus non parens ius dicenti extra territorium, remanet impunitus. nō autē construas cū dictione impune: q2 tūc resultaret absonus intellectus. s. ꝙ non obediens extra territoriu puniretur. vel ꝙ etiam obediens puniretur. ¶ Et concordat ad hanc. l. ad literam. extra de constit. c. ij. §. j. lib. vj. & vide ibi not. p omnes. Fallit tamen hec regula. ff. de fideicōmis. liber. l. non tantum. §. artificuliano vt ibi in glo. no. Item fallit in episcopo ex

2 pulso ab episcopatu suo & qui non audet ibi iurisdictionem suā exercere: †q2 potest eā exercere in aliena dioecesi, vt habetur in clementinis de foro comp. c. vnico. & vide ibi notata. Et potest hec lex dupliciter intelligi. vno modo ꝙ iudex esset extra territoriū: quo casu priuatus est exercitio iurisdictionis potest tamen tūc delegare, vt. §. de officio prefecti vrbis. l. fina. et vide quod ibi not. et dixi & de officio presidis. l. iij. Alio modo ꝙ iudex bene erat in suo territorio sed iurisdictionem exercebat in personis

vel rebus non existentibus in suo territorio. ¶ Et predicta ve
ra sunt sicut dicit glo. in iurisdictione contentiosa, sed in volun
taria videtur quod eã possit exercere etiã extra territoriũ, vt. s.
de offi. proconsu. & lega. l. ij. lʒ quidam dicant ibi speciale in pcõ
sule & eiꝰ legato. & vide qd ibi no. & dixi. ¶ Ex predictis enim pa
3 tet ꝙ legatus vel episcopus † extra suam iurisdictionẽ potest cõ
ferre beneficia, conferre ordines, & alia que sunt voluntarie iuris
ditionis exercere, vt. c. nouit. not. in glo. & per Innocen. extra de
officio legati. & facit de cõcessione prebẽ. c. per electionẽ. & de hoc
vide quod no. per Arch. & cardi. extra de preben. c. statutum. in
fi. lib. vj. ¶ In ordinibus videtur cõtrariũ sine licentia illiꝰ in
cuius diocesi conferunt, vt extra de aut. & vsu pal. c. ex tuarũ. in
fi. ¶ An autẽ excõicare vel absoluere possit extra territoriũ exi
stens, dic vt ibi not. s. in. c. nouit. & quod no. etiã. ix. q. ij. c. episco
pum. in glos. & per Arch. xj. q. j. si quisꝗ. Itẽ intelligit Jaco. de
ra. l. istã ꝙ iudici exercenti iurisdictionẽ extra territoriũ non sit
4 parendũ. † sed si potestas vel episcopꝰ existens extra territoriũ
mãdaret aliquid subditis ꝙ fiendũ esset in territorio tunc dicit
ei parendũ & nõ habere locũ. l. istã. & ita dicit de facto seruari lʒ
contra hoc multũ facere videatur preall eg. l. vlti. s. de offi. pfec.
vrb. & de officio presidis. l. iij. & de officio proconsulis & le. l. fi. vn
de forte tutius est quod deleget alicui suo subdito, vt not. & dixi
dictis. ll. si enim non subdito delegaret nõ posset eũ compellere
suscipere delegationẽ, vt extra de offi. ordi. c. romana. Inn. iiij. q
est hodie lib. vj. & vide ibi notata per oẽs & extra de offi. ordi. c.
pastoralis. cũ ibi not. Archiepiscopus etiã causas ad eum per
appellationẽ deuolutas nõ pôt extra ciuitatẽ vel territoriũ suũ
committere, vt extra de offi. or. c. vt litigantes. lib. vj. ¶ Sed qro
5 an episcopus † vel potestas possit exercere iurisdictionẽ conten
tiosaʒ in alieno territorio vel diocesi de cõsensu episcopi: vel ar
chiepiscopi seu dñi vel rectoris in cuius territorio vult iurisdi
ctionẽ exercere? videt ꝙ sic, arg. extra de fideiuss. c. constitutus. in
fi. de aut. & vsu pal. c. ex tuarũ. & de insti. c. iij. & hoc videtur tene
re Specu. in legato delegato. c. nunc dicamus quando & vbi &c.
versi. & breuiter. & tangitur per Inno. d. c. nouit. de offi. lega. & p
hoc in clementinis de fo. cõpe. c. vnico. Sed pone ꝙ eps conce
dit literas indulgentie pro opere qd fit extra suã diocesim absqʒ
6 licentia episcopi † in cuius diocesi fit opus nunquid talis indul
gentia proderit subditis cõcedentis? videtur ꝙ sic quasi ista in
dulgentia sit voluntarie iurisdictionis & ideo expediri pôt extra
territoriũ, vt. d. l. ij. s. de offi. procon. & legati sicut etiam. s. dixi in
collatione beneficiorũ. ar. extra de ap. qua fronte. Itẽ est absolu
tio a pena que videtur etiã posse exerceri extra territorium. arg.
extra de senten. excom. c. sacro. & d. c. nouit. ¶ Ista enim que nõ
exigunt cause cognitionem videntur posse extra territoriũ fie
1 **Qui ex causa.** Semel approbatum † ex causa est licituz reprobare licet regula sit in contrariū. j. de neg. gest. l. pomponius. et de regu. iur. c. quod semel placuit. Sed fallit rōne publice vtilitatis, vt. j. de excu. tut. l. sed et reprobari. et si noua cā emergat vt hic. ¶ Sed nunquid hoc habeat locum in fideiussoribus datis extra iudiciū puta in cōtractu, vt si ex cā superueniēti desinant esse nō soluēdo iterū caueatur. Jacob. de rauē. quod non. Et speciale est in istis iudicialibus que sunt necessaria, vt. s. eo. l. si fideiussor. §. si necessaria. se
2 cus in volūtarijs, † vbi semel extincta obligatio non resurgit. at hic si dati non essent cogentur ad dandum, et per consequēs ad dandum ex integro si ad inopiam sunt deducti. Guli. de suza. allegat quod etiam in contractibus sit iterum cauendum: quia nō videtur dedisse qui ita dedit vt habere non possim. de leg. iij. l. qui concubinam. §. si heres. de leg. ij. l. meuius. §. pe. de iure patro. l. si libertus. et de actio. empti. l. titio. in princi. ¶ Ipse autē distinguit quia aut fideiussio incepit a pcedenti conditione, vt quia dixi: si contingat rem mihi vēditam euinci nolo quod isti sint fideiussores. tunc si ex causa superueniēti efficiantur non soluēdo ex integro satisdandum est per. ll. allegatas. Si autē incepit a precedenti promissione quod statim fideiussores se de euictione obligauerunt tunc si medio tempore antequam conueniantur desinant esse non soluendo non est ex integro satisdandū per alia iura ad hoc adducta. tales enim aduentitij casus non sunt cōsiderandi, vt. j. de verbo. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram.

1 ☞ Mandatum superueniens ex parte actoris non vitiat stipulationes iudiciales.
2 Possidēs fundū tantū pro quo cōuenitur an satisdare teneatur.
3 Satisdare an teneatur qui conuenitur suo nomine.
4 Lex illud potest quod pactum.
5 Cautio iudicatum solui an extinguatur mutata conditione procuratoris.
6 Mutata conditione rei an committatur stipulatio.
7 Defensor cause pncipalis nō tenetur defendere in cā appellatiōis.
8 Fideiussor de iudicio sisti an teneatur in causa appellationis.
9 Ratihabitio an retrotrahatur.
10 Cautio de iudicio sisti qua forma et quibus verbis interponatur.
11 Promittens factum alienum an obligetur.
12 Satisdatio de iudicio sisti quando debeat interponi.
13 Satisdatio de iudicio sisti in quibus casibus interponatur.
14 Promittens sistere homicidam si non sistat an promissor possit puniri eodem supplicio quo homicida.
15 Promissor homicide de iudicio sisti sub pena tenetur ad penā si ipsum homicidam non sistat.
16 Stipulatio iudicatum solui an comprehēdat tres clausulas si sit concepta per ista verba, promitto soluere iudicatum.

1 **Julianus.** ¶ † Superueniens mādatum ex parte actoris nō vitiat stipulationes iudiciales. h. d. secundū oēs lecturas: Nā hec lex habet duas lecturas ppter duo cōtraria, quorum vnū euitando in aliud incidimus. Nam si dicimus quod loquatur in cautione iudicio sisti euitamus cōtrariū de. l. si ante. j. iudi. solui. et incidimus in contrariū. l. sciendum. j. eo. Si dicamus quod loquitur in cautione iudicatum solui euitamus cōtrarium dicte. l. sciendum. sed incidimus in cōtrariū dicte. l. si ante. Ponamus ergo primo lecturam quod loquatur in cautione iudicio sisti licet sit vltima in glo. ¶ Ibi vt fundū, scz meū, ibi peteres, et sic per actionem in rem, vt. j. de act. et oblig. l. actio in personā. Ibi acceperis, a possessore conuento iudicatum solui secundū primam lecturam, vel iudicio sisti secundū aliam. primā sequitur Ray. ¶ Et ad ipsam opponamus quod non teneatur presta-
2 re ipsam cautionē iudicio sisti cum sit possessor immobiliū: † quia possidet fundū qui ab eo petitur. et sic obstat. d. l. sciendum. j. e. in prin. et. §. si fundus. ¶ Sol. tribus modis. Primo quod nō possideat alia immobilia nisi fundū qui petebatur ab eo. hec non videtur bona: quia etiam ratione rei qua cōuenitur non tenetur satisdare, esto quod alia immobilia nō possideat, vt. d. l. sciendū. §. si fundus. et no. s. eod. l. de die. §. quidā aiunt. Alij dicunt quod hic

loquitur in creditore qui conueniebatur ratione fundi sibi obligati qui non euitat satisdationem, vt ea.l.sciendū.§.creditor. sed istud est diuinare, nec hoc innuit litera. Alij ꝙ loquit̄ in eo qui habebat solā detētationem per.l.officiū.ff.de rei ven. sȝ nec hoc placet: q2 tunc cōuentus posset nominare dominū in iudicio, vt.C.vbi in rem actio.l.ij.⁊ sic ꝓprio nomine conueniri non posset, ⁊ sic ista lectura nō vr̄ bene posse defendi. ⁊ ideo transit glo. ad aliam lecturā.s.ꝙ loquatur de cautione iudicatū solui ⁊ per hoc nō ob.l.sciendū que loquitur de cautione iudicio sisti.
3 Sed tunc opponitur† ꝙ conuentus suo nomine non tenet̄ prestare cautionem iudicatū solui: vt insti.de satisda.§.sed hodie. Sol. dicit glo. ꝙ hec.l.loquitur secundū ista vetera iura ffoꝝ, secundū que reali cōuentus suo nomine satisdabat iudicatū solui sȝ cōuentus personali nō vt insti.de satisd.in prin.⁊.§.j. hodie aūt siue reali siue personali suo noīe conueniat̄ talem satisdationē nō prestat, vt.d.§.sed hodie. ¶ Hanc opin. improbat Dy.⁊ Fran.ac.⁊ dicunt ꝙ etiā secundū ista iura ffoꝝ suo noīe conuentus non satisdabat iudicatū solui.⁊ dicūt ꝙ est casus.ff. ex qui.cau.in pos.eatur.l.hoc aūt.§.recte defendi. vbi de hoc dixi secundū eos ⁊ fm Gul.de suza. est casus.ff.tit.pxi.l.si cū vno ex dominis.⁊ qd dr̄ instit.de satisda.in princ.⁊.§.j. ꝙ olim satis dabatur intelligunt iure antiquissimo ante cōpilationē ffoꝝ. et de hoc etiā nota.ff.de pcura.l.si procurator.§.per cōtrariū. alias est.§.Vlt.in.l.in cause.⁊ hoc etiā innuit gl.j.ff.eo.l.sciendū.cū dicit iure antiquissimo prestari hic ergo defensor rei satisdedit. itē dicit Pet. si concedis ꝙ non prestet cautionē iudicio sisti ergo nec iudicatū solui que cōtinet tres clausulas quarū vna est de defendēdo, vt.ff.iudicatū solui.l.iudicatū solui. sed clausula de defendendo in effectu continet cautionē iudicio sisti. ar.ff.ex qb. cau.maio.l.item ait pretor.§.fi.⁊ not.ff.e.si filius. alias filius. Sȝ ad hoc respondet ipse Pet. ꝙ cauet de iudica. soluendo quo ad alias duas clausulas nō quo ad clausulā de defendendo q̄ includit illam iudicio sisti. Sed qū clausule separant̄: q2 videtur contra.ff.de acceptila.l.si accepto fuerit lata: dic ꝙ istud non est
4 impossibile: † nam illud potest lex quod pōt pactū.C.de fideius. l.vlt. sed per pactū potest illa clausula remitti ergo ⁊ per.l.arg. C.de fideiusso.l.sancimus.⁊ sic secundū eum intelligūt istam.l. moderni. Sed ista non placet sibi ꝙ loquatur de cautione iudicatū solui sȝ de cautiōe iudicio sisti: q2 sermones sunt intelligēdi secundū materiā de qua agitur, vt.ff.locati.l.si vno.⁊ de vsuris.l.si stipulatus. sed iste tit.ꝓprie loquitur de cautiōe iudicio sisti, vt nota.ff.eo.l.fili9. alias si filius. ergo ista.l.debet intelligi de illa cautione. ¶ Itē si est vera opi. Dy.⁊ franc.ac. quā predixi.s.ꝙ secundū ista iura suo noīe conuentus non pstabat cautionē iudicatū solui vt pbat̄.d.l.hoc aūt.§.fi.ex qui.cau.i pos. eatur non potest hec.l.intelligi in cautione iudicatum solui. et ad.l.sciendum.§.si fundus.ff.eo.respondent ꝙ verū est ꝙ possessor immobilium nō pstat cautionē iudicio sisti si possideat alia immobilia de quibus non erat controuersia, vnde in.d.§.si fundus.ff.eo.respondent ꝙ verum est ꝙ possessor immobiliū nō p̄stat cautionē iudicio sisti si possideat alia imobilia de quib9 nō erat ɔtrouersia. vnde in.d.§.si fundus. nō dicitur ꝙ esset cōtrouersia de fundo dotali imo dicit ꝙ quo ad fundum dotalē habetur pro possessore immobiliū tam maritus q̄ vxor subaudi vt euitent satisdationem iudicio sisti si pro alia re conueniant̄, non autem si pro ipso fundo.⁊ hanc lecturam ⁊ opinionē puto veram licet glo. reprobet eam.d.§.si fundus.⁊.s.eo.l.si fideiussor.§.quidā aiunt.⁊ de hoc dixi.ff.eo.l.sciendū.ver. Itē querit̄ si peto. Sed si teneatur lectura ꝙ.l.ista loquatur de cautione iudicatū solui multū obstare videtur.ff.iudicatum solui.l.si ante.
5 vbi per mutationem conditionis† procuratoris extinguit cautio iudicatū solui.gl. dicit ꝙ hic fuit mutatio ex parte actoris: ibi ex parte rei. Sed q̄ est ratio differentie gl. assignat duas. prima q2 ex parte actoris non est mutatio imo fit transitus de nō esse ad hoc est de non habente mādatum ad habentē.⁊ ita primo persona nō habēs mādatū nulla erat modo fic.⁊ sic nō est ꝓprie mutatio sed ex parte rei fit transitus de esse ad aliud esse. ¶ Nam ex parte rei pōt interuenire defensor sine mandato ⁊ si postea incipit habere mandatū est mutatio de esse ad aliud esse. ⁊ ideo ꝓpter mutationē talē extinguitur cautio iudicatū solui sicut vere alia psona interueniret extingueret̄: ita qū eadē persona mutat conditionē extinguitur q2 fingitur alius. arg. eius qd dixi.s.de adoptio.l.si arrogator. Hanc rationē videtur tollere d.l.si ante.ver.⁊ ideo. vbi fiebat mutatio de esse ⁊ tn̄ extinguitur stipulatio vt dicam.ff.in suppletione glo. Secunda ratio gloss. satis est aperta ⁊ clara. aliam rationē reddit do. Marti.fili. et pulchram. Omnis procurator veniens ex parte actoris allegat mandatū ⁊ venit vt procurator. mādatū ergo superueniēs non habet eum alterare sed verificare eum esse procuratorē. sed ex parte rei veniens nō cogitur alterare nec cōmuniter allegat

mandatum, sed venit vt simplex defensor. mandatum ergo superueniens habet ipsum alterare. nā primo casu fit executio cōtra eū.ff.de procura.l.plautius. secundo contra dn̄m, vt.ff.de mino.l.cum mandato.⁊ ideo talis mutatio ex parte rei facit extingui stipulationē iudicatū solui. ¶ Guli.de cun. dicit ꝙ in.l.si ante venit defensor animo nouandi.⁊ ideo si superueniat mandatū alterat̄, sed si non interueniret animo nouandi nō currat ex parte rei vel actoris cū semp eandē personā representet. vnde superueniens mandatū nō habet alterare psonā. quod nō placet Ray.⁊ alijs quia si venit ex parte rei sine mandato executio fit in eū. si supueniat mandatū executio fit in dn̄m vt dixi.⁊ ideo in tantum fit alteratio persone, sed ex parte actoris nunq̄ venit nisi alleget mandatū.⁊ ideo mandatū superueniens nō alterat personā sed verificat vt predixi. Aliā rationē assignat glo.in.d. l.si ante. vbi plene dixi. ¶ Posset etiā alia ratio assignari q2 ex parte actoris fideiussores cōsentiunt se obligari dn̄o cum eius procurator alleget mandatū, vnde superueniens mandatū nō reddit fideiussores deceptos, quod secus est in mutatione rei si recte inspiciatur. ¶ Hugolinus volēs ista omnia euitare dixit ꝙ hic satisdationē accepit pcurator anteq̄ agere inciperet.⁊ cū postea agere incepit superuenit mādatū. Unde tēpore satisdationis recipiende inuenitur habere mādatū.⁊ sic nō fuit mutata ei9 cōditio. tene gl. ꝙ aliud fit ex parte actoris q̄ ex parte rei. ¶ Et cōtra primā rationē gloss. instatur duobus modis vt in glo.⁊ solue vt in glo. ¶ Sed in secundo contrario qn̄ quis pōt agere pro inuito, vt.l.iij.de libe.causa bene est verū ꝙ extinguit̄ stipulatio, sed ea ratione q2 primo agens agebat ꝓprio noīe.⁊ ideo superueniens mandatū alterat personā. Jaco.de rauē. et pet. dicunt ꝙ.d.l.si ante. nō meruit signari pro contraria: q2 in contraria loquitur de conditione rei qui se alteri obligauit. lex autē ista loquitur de mutatione cōditionis pcuratoris actoris qui alterū sibi obligauerit. ¶ Si enim mutata est conditio procuratoris rei semp est consultum actori: q2 si mutauit reus conditionē pcuratoris sui, ⁊ sic fideiussores quos dedit sunt liberati, petet actor sibi de nouo dari alios fideiussores ⁊ si non petat sibi imputet: vt.ff.de sol.l.cū quis. Sed si mutatio que cōtingit ex parte pcuratoris faceret ꝙ fideiussores dati ex parte rei non tenerentur tenent̄ iterato alios fideiussores dare qd est difficile. ⁊ sic grauaretur reus vel eius pcurator ex mutatione contingēte ex parte actoris quod esse non dȝ.⁊ ideo mutatio cōtingens ex parte actoris non extinguit satisdationem iudicatum solui, ⁊ hec est vera opinio ⁊ tangitur licet nō sit clare in glo.d.l.si an
6 te. Et circa hanc materiā† sic distingue aliqn̄ contingit mutatio rei ⁊ stipulatio non committitur, vt.C.de pet.here.l.hereditas.⁊.ff.de excep.rei iud.l.cū queritur.⁊.l.cū de hoc ⁊ iud.solui. l.cū querebatur.⁊ de iudi.l.nō a iudice.§.si. secundū vnam lecturā aliqn̄ mutatio actionis ⁊ tunc aut mutatur actio: sed nō causa ⁊ nō extinguitur stipulatio, aut mutatur actio ⁊ cā ⁊ tūc extinguitur stipulatio, vt.ff.iudica.solui.cū querebatur aut mutatur instātia ⁊ tollitur cautio, vt.l.cum lite mortua.ff.iudi.solui. aliquando mutatur iudex ⁊ tunc aut per modū transitus vt q2 primo volebā litigare corā vno nunc corā alio ⁊ extinguitur cautio, vt.ff.iudi.solui.l.si quis apud aliquē. aut per modū appellationis ⁊ tunc etiā videt̄ extingui, vt.d.l.cū apud.iud.solu. ¶ Circa hoc tamen dicūt quidā in cautione iud.sol. ꝙ aut interponitur determinate ad personā iudicis dicēdo ꝙ iste iudex iudicabit vel in causa principali tm̄ ⁊ tunc non tenet̄ in cā app. vt.d.l.cum apud. si vero indeterminate vel dicendo ꝙ iudicabitur per istū ⁊ successorē tunc sic, vt.d.l.cum apud.in fi. aliquando simpliciter ⁊ tunc tres sunt opin. quidam quod se referat ad vtraq; causam vt. M.fili. qui hoc tenuit publice disputando. alij ꝙ solā cām principalem respiciat ⁊ sic intelligunt.d.l.cum apud. tertia est Gul.de cun. qui distinguit: aut appellat reus ⁊ durat cautio alias esset in ptāte rei appellare ⁊ extinguere cautiones qd est absurdū, vt.ff.de arbi.l.ne in potestate.⁊.s.de iurisdi.om.iudi.l.si idē cū eodē. aut appellat actor ⁊ extinguit̄ stipulatio, ⁊ sic loquitur.l.cum apud.⁊ allegat.ff.de conditione furti. l.siue.⁊.l.⁊ ideo. vbi si volūtarie fiat alienatio rei tollitur conditio furtiua. si necessario nō ita ⁊ hic. si ex voluntate actoris mutatur iudex extinguitur stipulatio. hanc opi. sequit̄ Gul. Ray. licet videatur contra.C.de app.l.eos.in septima questione sed male.⁊ pro opi. Gul. facit tex.⁊ glo.C.de pcur.l.ij. Qui tenent cōtrariā opi. respōdet ad.l.ne in potestate. ꝙ hic stipulator fuit in culpa q2 debuit petere sibi satisdari etiā in cā appellationis vt statim sequitur opi. And. ꝙ nō placet Ray. † quod defensor cause principalis non tenetur defendere in causa appellatiōis, vt.C.de procura.l.inuitus. ergo nec eius fideiussor: sed tenet̄ in hoc obligare. arg.d.l.ij.C.de procur.⁊ pro hoc instit.de satisda. §.si vero reus. Ray.⁊ And. tenent ꝙ semper extinguatur si appellat̄ qd est quid imputet̄ actori etiā qn̄ reus appellat: q2 pōtuit facere

tuit facere opponi in satisdatiōe quod solueret iudicatū ꝑ istū
iudicem vel alium qui eius loco succederet ⁊ ideo semper extin-
guitur arg.j̄.de pactis.l.veteribus.⁊ de reg.iur.c.contra eū lib.
vj.qd non est in.d.l.si ideo.⁊.l.siue.⁊ quia.l.cū apud.loquit̄ gn̄a
liter ⁊ indistincte per quācūq; partē appellet̄ aut cōtingit mu-
tatio circa ꝑsonas litigātes tūc si ex parte actoris remanet cau
tio iudicio sisti vt hic ⁊.j̄.de procu.l.in cause.§.fi.Si autē mute
tur conditio ex parte rei tunc aut defensor susceperat iudicium
animo nouandi ⁊ extinguitur satisdatio superueniēte mādato
quia ex toto fit mutatio persone.⁊ sic intelligatur.d.l.si ante.in
fi.Si aūt erat simplex defensor tūc nō extinguit̄.⁊ est ratio quia
in primo casu suo nomine defendebat nō meo.⁊ ideo ratificare
non possum,vt.j̄.de neg.gesto.l.si pupilli.§.si ego.potest eīn suo
nomine facere animo nouandi,vt.j̄.de solutio.l.solutionē.⁊ iu
dic.solui.l.ij.⁊.l.cum querebatur.§.fi.sed quando defendit meo
nomine sicut simplex defensor tunc fideiussor tenetur ꝓpter ra-
tihabitionem,vt.j̄.rem ratam haberi.l.iij.§.falsus.⁊ hoc verū
nisi dominus fideiussisset ꝓ eo de nouo:quia tunc fideiussio pri
ma videretur,vt.j̄.de preto.stipu.l.valerianus.ex parte autem
actoris non potest suscipere iudicium animo nouandi,vt.j̄.de
noua.si stichum.§.fi.⁊ ideo fideiussor tenet̄.arg.huius.l.Et pre
dicta vera quādo mutatio fit ante litē contestatā secus si post
8 vt statim dicam.¶ Ex hoc insurgit questio an fideiussor† iudi
cio sisti teneatur in causa appellationis.Et videtur qd nō.j̄.de
fideius.l.grece.§.post litem.Et contra quod sic quia licet appel
letur remanet eadē causa.j̄.de condit.indebi.l.eleganter.§.ij.de
transactio.l.⁊ post rem.⁊.C.de procura.l.ita demum.Unde di-
cunt quidam aut non appellatur ⁊ non durat satisdatio,vt.d.
§.post litē.aut appellatur ⁊ durat.¶ Sed verius videt̄ ꝙ siue
appelletur siue non ꝙ finiatur satisdatio vt in corpore aut̄.de
his qui ingre.ad appella.in prin.col.v.⁊ ibi in gl.⁊ sic vbi dica-
tur eadem causa verum est quo ad quid nō simpliciter.¶ Op-
pone secundum do.Marti.contra id quod glo.dicit ꝙ ratiha
9 bitio† retrotrahitur quando nullum fuit quod factū est.Cōtra
rium enim videtur sentire Dyn̄.extra de reg.iur.c.ratihabitio-
nem.lib.vj.sed potest dici ꝙ trahitur retro id est ad preterita cō
firmanda si non valuerūt:alias nō vt hic.sed non quo ad tēpus
vt hic:q2 ex tunc incipiūt valere preterita.⁊ ita loqt̄ Dy.¶ Et
dic aut agitur de eo qd tūc valere potuit ⁊ valuit.aut nō trahi
tur retro.aut non potuit valere nec valuit ⁊ tunc etiam nec tra-
hitur retro,vt.s̄.de offi.ꝓconsu.l.obseruare.§.fi.aut potuit vale
re sed nō valuit ⁊ tunc trahitur retro vt confirmet preterita ex
nūc tm̄.¶ Oppo.quod non bene euitetur oppositio de dicta.l.
si autē.iudicatum solui.intelligendo de cautione iudicio sisti:
quia in.l.si ante.loquitur de cautione iudicatū solui que in se in
cludit cautionē iudicio sisti ex clausula de defendēdo vt.s̄.dixi.
¶ Sed dic qd sunt diuerse vt probatur insti.de satisd.§.sꝫ ho-
die Jaco.but.Uel dic vt.s̄.dixi scd̄m Pet.Sed videt̄ quod illa
l.si ante inducat magnam captionem actoris cū ius sibi sit que
sitū ex stipulatione.ergo non debet sibi auferri,vt.j̄.de reg.iur.
l.quod nostrum.Sed dic ꝙ.l.illa debet intelligi quando supue
nit mandatum ante litem cōtesta.vt.j̄.de nouat.l.delegare.In
casu autem in quo esset litis contestatio non extinguit̄ satisda-
tio.⁊ hoc voluit dicere.l.si petitor eo.ti.iud.solui.⁊ arg.infra de
procu.l.post litem cum ibi no.vnde fundato iudicio nō pōt mu
tari in preiudiciū actoris.vel aliter non interest cū cōmittatur
stipulatio de re defendenda.⁊ ita videtur intelligere gl.circa me
diū.vel dici posset ꝙ si satisdatio sit extincta potest sibi petere de
nouo caueri,vt.s̄.dixi.¶ Expeditis cōtrarijs circa istā materiā
10 q̄ro qua forma seu quib⁹ verbis īterponat̄ ista cautio† iudicio
sisti.Dicūt quidā ꝙ interponat̄ per hec verba promitto quod
Titi⁹ faciet tibi rationē.Sed certe ista verba magis adaptant̄
ad stipulationē iudicatū solui.nam facere fieri rationē idem est
qd soluere,vt.s̄.de offi.proconsu.l.obseruare.§.j.sed qui tenet̄
sistere non tenet̄ soluere,vt.d.l.grece.§.post litem.j̄.de fideiusso.
alij dicunt ꝙ dicet promitto quod titius stabit in iudicio sꝫ nec
hoc valet quia istud esset promittere factum alienum quod nō
valet,vt.j̄.de verbo.oblig.l.stipulatio ista habere licere.§.j.nisi
forte renūciaret beneficio ꝙ nō posset allegare se alienum factū
promisisse vel pro alieno facto obligatū fore sicut sepe apponi
tur in instrumentis.vnde dic.vel quod reus principalis promit
tet se sistere ⁊ alius erit fideiussor.vel promittet hoc modo ꝓmit
to quod titium in iudicio sistam tunc enim factum propriū ꝓ
mittere videtur,vt.j̄.si quis cau.l.si procurator ⁊.d.l.stipulatio
ista.§.penulti.⁊ eodem titu.l.quoties ⁊.s̄.si quis in ius voca.nō
ier.l.fin.Sed prealleg.l.quoties quis alium sisti videtur innue
re qd hoc casu etiam promittendo factum alienum valeat stipu
latio.vnde dicit aut quis promittit impersonaliter puta talem
11 sisti tūc valeat ꝓmissio† q2 ita pōt referri ad suum factū ⁊ suam
personam sicut ad alienū,vt.j̄.iudi.solui.si reus ⁊.d.l.quoties.

Aut promittit factum tertie persone vt rei:vt quia vendo seruū
⁊ promitto eum legalem vel quod bene bibit ⁊ comedit ⁊ vꝫ,vt
j̄.de pact.l.non impossibile.⁊ de euic.l.si ita.aut promittitur fa-
ctum persone tūc aut promittit vt propriū vt promitto ꝙ sistā
⁊ vꝫ,vt.d.l.fin.si quis in ius vocatus.cum simi.aut omnino fa-
ctum alienū vt ꝓmitto ꝙ sistet ⁊ nō valet,vt.d.l.stipulatio ista
pōt etiam promittere se facturū ⁊ curaturū qd sistet:q2 hoc est
ꝓmittere factum suum,vt.d.l.si reus iud.solui.de fideius.si cum
12 reus.⁊ si cer.pet.l.fi.† Itē queritur qn̄ debeat interponi ista satis
a datio[a] iudicio sisti.dic quod ante litem conte.nisi desinat eē cau
tū vel aliquid emergat ex quo nō possit ante interponi,vt.j̄.de a
proc.l.pōpo.§.rati.⁊ ar.j̄.de interro.actio.l.de etate.§.ex causa.
s̄.eo.l.arbitro.⁊.C.de cōsor.eiusdem litis.l.ij.¶ Sed quare reus
satisdat iudicio sisti ⁊ non actor:respōdeo q2 reꝫ presumitur fu
gere magis q̄ꝫ actor ⁊ ideo dicitur fugitiuus,vt.C.de iud.prope
randum.actor tn̄ prestat aliam satisdationē de qua habetur.C.
13 de epis.⁊ cle.aut̄.gn̄aliter.¶ † Sed in quibus causis interponi-
tur ista cautio iudicio sisti:dic quod in causis ciuilib⁹ ⁊ crimina
libus diuersimode tn̄.nam in causis ciuilibus non tenet̄ certā
penā adijcere,vt not.⁊ dixi.s̄.ea.l.ij.§.fi.Fallit in causa liberali,
vt.j̄.rem rat.hab.l.procurator ad exhib.q2 libertas est inestima
bilis,vt.j̄.de reg.iu.l.libertas.in criminalibus aūt tenet̄ certā
penam dicere ꝙ non recipiunt bene estimationem ⁊ si non fuerit
adiecta iudex determinabit,vt.j̄.de custo.reorum.l.si quis reū.
¶ Sed quid si quis promisit sistere homicidā sub pena similitu
14 dinis supplicij nunqd† si nō sistat puniet̄ eadē pena:videtur ꝙ
sic,vt.j̄.de fideius.sicut reus.¶ Item q2 potest fieri per pactū qd
potest fieri per.l.sed.l.obligat custodem carceris si fugiat carce-
ratus ad similem penam,vt.j̄.de cust.reo.l.fi.⁊.C.de cust.reorū.
l.ad cōmētarieñ.si ergo ibi hoc facit.l.ex quasi cōtractu fieri po-
test ex pacto in contractu,vt.j̄.de pac.l.nō impossibile.In con-
trarium est veritas ⁊ communiter tenetur q2 nemo est dn̄s mē-
brorū suorū,vt.j̄.ad legē aqui.l.liber homo.ergo taliter fideiu
bendo non potuit corpus suum ad mortē obligare sꝫ per hoc
non bene tollunt̄ contraria vbi se obligat ex quasi cōtractu ad
15 custodiā carceris ⁊ tenetur.† Et ideo alij distinguūt aut ꝓmisit
certam penam pecuniariam ⁊ ad illā tenebitur,vt.d.l.si qs reū.
de custo.reorum vbi de hoc tetigi.Si nō adiecta certa quātita-
te aut promisit simpliciter tunc punietur pecuniariter arbitrio
iudicis,vt.d.l.si quis reū.aut promisit sub eadem pena tūc aut
non exhibet propter culpam ⁊ non sustinebit eandē penam sed
aliter punietur corporaliter vel pecuniariter fm qualitatem ne-
gotij arbitrio iudicis.aut nō exhibet propter dolū ⁊ tunc ean-
dem penam patietur,vt.d.l.fi.eo.ti.l.ad cōmētarieñ.de cust.reo-
rum.Sed hoc non credo verum sed vbi culpa nō exhibet punia
tur pecuniariter vbi dolo tunc pecuniariter ⁊ etiā corporaliter
nō pena mortis sed alia arbitrio iudicantis ꝑ.ll.predictas.Nō
ob.l.si cū reus.q2 ibi loquit̄ de pena q̄ cadere poterat in ꝑsonā
fideiussoris.nec loquitur de pena corpali.¶ Nō ob.arg.quod
pōt lex pōt pactū.sed ita est per.l.in custode carceris ergo ⁊c.q2
non est bonum argumentum.Nam in.l.fina.⁊.l.ad cōmētarien
sem.deliquit in officio quod est grauius:quia ex tali delicto eua
dit penam delinquens q̄ꝫ venire contra simplicem promissionē.
argumē.j̄.de penis.l.quedam.Et qd dr̄ ꝙ magistratus maiores
non possunt cōueniri durāte officio,sed si delinquant in officio
bn̄ conueniunt̄ vt dixi.s̄.de offi.presi.l.senatuscōsulto.⁊ ꝓ hoc
C.ad legem iul.repe.l.iubem⁹.⁊ ad hoc vide qd no.in gl.xxiij.q.
v.c.cū homo ab homine.¶ Itē dubitari vidi nūquid in stipu-
16 latione† iudicatū solui sufficiāt ista verba ꝓmitto soluere iudi
catū ita ꝙ cōprehendāt tres clausulas sicut ⁊ illa verba iudica
tū solui.de hoc dixi.j̄.iud.solui.super rubrica.¶ Et ibi tenet.d.
Old.ꝙ non comprehendant tres clausulas:quia illa verba iu-
dicatum solui sunt v̄ba iuris que de iuris interpretatione illas
tres clausulas comprehendunt,vt.d.l.iudicatum solui.qd non
important illa verba soluere iudicatum que non sunt verba iu-
ris sed hominis.sicut dicitur in pacto legis cōmissorie.q2 aliud
est dicere sit res inempta que sunt propria verba illius pacti.et
aliud si dicatur res in me transeat,vt.C.de pactis inter empt.et
vendi.l.iij.¶ Jaco.de rauen.tenet oppositū,⁊ dicit ꝙ licet ver
ba sint transposita tamen sunt eiusdem effectus.nam ista verba
quādoq; inueniunt̄ transposita,vt.j̄.de preto.stipu.l.ij.§.incer
tam.vnde ille tres clausule ita continentur sub illis soluere iu-
dicatum sicut sub illis iudicatū solui cum nō sit de eorū signifi-
cato sed de iuris interpretatione.ad.l.iij.de pactis inter empt.⁊
vendi.rn̄det qd illa verba res ad me pertineat vel res sit inem
pta non sunt eiusdē ꝓtātis nec effectus:q2 illa verba sit res in-
empta significant ꝙ cōtractus resoluat̄.sꝫ illa verba res ad me
pertineat nō significāt resolutionē cōtractus sine cuius resolu-
tione res non potest ad venditorē pertinere.cum sicut nudis pa
ctis dn̄ia rerum nō trāsferuntur,vt.C.de pactis.l.traditionib⁹.

[a] ¶ Satisdatio. Adde pau.de ca.i.l.iul.i ꝑn. ff.q satis.cog. doc.i rub.ff.iudi.sol.⁊ i.l.pōponi⁹.§.rati.de ꝓcu.in.l.de die.§.q seru⁹ q satis.cog.

sic nec etiam transferuntur. Unde si diceretur sit resolutus con
tractus vēditionis tantū operaret̃ ac si diceret res sit inempta
scd̃m ipsum Iac. ⁊ Pet. qui tenēt opinionē predictā ⁊ Rayn̄. ⁊
allegat. s̃. eo. l. de die. §. si seruus quā puto veriorem ꝙ dn̄i mei.
Oldr. ¶ In glo. ibi vbi qd̓ factum est non tenuit. Hec solutio
aperte tollitur in. d. l. si ante. versi. ⁊ ideo vbi fit mutatio de eo q
tenuit ad eum q tenet. ⁊. j̃. de procurato. l. in cause. §. si ex parte. ⁊
tn̄ nō cōmittitur stipulatio. ⁊ ideo tene alias solutiones que hic
et in contrario notantur ⁊ dixi s̃m Dyn̄. ¶ Ibi nullus est sine
mandato interueniente eīn falso ꝓcuratore ex parte actoris nul
lum est iudicium, vt. C. de ꝓcurato. l. licet. ⁊. j̃. de prescrip. verb. l.
naturalis. §. si. vmbraculum tamen seu figura iudicij esse nega-
ri non pōt quod ratihabitione implet̃ ⁊ ad iudicij retro ꝓcedit
essentiam, vt. j̃. de iudi. l. lz. ⁊ rem ratam haberi. l. cum minor. Et
retro ꝓcurator intelligit̃ sine quo nulluz erat iudiciū. Ex parte
vero rei secus cum in persona defensoris substātietur iudiciū,
vt. j̃. de procura. l. plautius ⁊. C. de ꝓcura. l. exigendi. mutato ita
ꝙ personatu defensoris ex nouo mandato quesito cautio cohe
rens primo personatui cum ipso personatu mutat̃ ⁊ extinguit̃.
Uel dic ꝙ hec cautio fauore actionis iterponit̃, vt. j̃. de preto. sti-
pu. l. j. §. j. ⁊ ideo in eius persona larga fit interpretatio. arg. s̃. de
in ius vocan. l. sed si hac lege. §. penulti. ex parte vero cauentis
cum nullus sit eius fauor stricte accipienda est ⁊ facienda de p-
sona interpretatio, vt eius personatu mutato mutetur vt ibi et
argu. s̃. de in ius vocan. l. quesitum. Iac. de are. ¶ Ibi cuz que
rebat̃. §. si. ⁊. l. penul. ¶ Pōt esse ⁊ alia ratio diuersitatis q̄ not.
in. d. l. si ante. in vlt. opi. glo. ibi, vel ibi in vtraqz ⁊c. ¶ In eadez
glos. ibi stipulatus sum dāmam. in prin. Que distinctio nō pla
cet Azo in agente sine mandato, vt. d. l. licet de iudicijs. nec ob.
d. l. si ante. iudi. solu. quia lex illa tota loquitur in defensore rei.
Francis. accursius.

1 ☞ Institutus substituto in defectuz ꝯditionis cauere debet.
2 Debitor in diem aut sub conditione an cauere teneatur.
3 Instrumentum asserens omnes de consilio fuisse presentes an
reddatur falsum si reperiatur aliquis ex eis fuisse absentes.

1 **Inter omnes.** ¶ Institutus † substi-
tuto in defectum condi
tionis cauere debet. h. d. pone casum vt in secūda gl.
Ray. cum. l. seq. ¶ Et diuide in quatuor partes. pri
mo querit an possit peti cautio vsqz ibi, ⁊ si defecerit. ibi ponit̃
an iterposita cautio cōmittatur vsqz ibi ⁊ plerūqz. ibi ampliat
quod dixerat vsqz ad. l. seq. ibi adhuc ampliat. Iac. but. Et hec
l. potest intelligi de cautiōe hereditatis nō diminuende. ⁊ scd̃m
hoc nullū ob. contrarium. Item potest intelligi in cautione de
hereditate restituenda ⁊ tunc ob. cōtrarium de. l. paulus no. j̃.
de preto. stip. ⁊ vide qd̓ nota. in. l. in omnibus. j̃. de iudi. que hic
allegat̃ in gloss. ⁊ qd̓ dixi ibi plene. ⁊. C. de here. vel act. ven. l. ij.
2 ¶ Et dic cū querit̃ an debitor † in diem vel sub cōditione tenea
tur cauere, aut est debitor ex vltima voluntate ⁊ cauere tenetur
vt hic ⁊. j̃. vt leg. no. ca. l. si. fauore vltime volūtatis. aut est debi-
tor ex contractu ⁊ tunc aut hz dilationē ex priuilegio principis
⁊ cauere tenet̃ vt. C. de preci. imperat. offe. l. vniuersa. aut hz di-
lationē ex cōuentione ⁊ ex forma contractus ⁊ nō tenet̃ cauere
vt. d. l. ij. C. de heredi. vel acti. vend. ¶ Fallit si debitor medio tē
pore efficiatur suspectus ⁊ incipiat dissipare bona sua. sic intelli
gatur. d. l. in omnib⁹. j̃. de iudi. ⁊ de priui. credi. l. si creditores. et
sic intelligit Azo. ⁊ bene. pe. ⁊ si non caueret fieret sequestratio.
arg. j̃. de ap. l. imperatores. And. ¶ Item allegatur hec. l. cū gl.
3 ꝙ si in aliquo instrumento † cōtineatur ꝙ prelatus cū omnib⁹
de capitulo aliquid fecerit vel potestas cum oibus de cōsilio et
probetur qd̓ aliqui de capitulo vel consilio erāt absentes quod
ipsum instrumentuz non reddat̃ falsum sed intelligi debeat de
omnib⁹ qui erant presentes ⁊ qui fuerūt interrogati ⁊ pro hoc
facit concor. in glo. allegata. j̃. de vsufruc. accrescē. l. j. §. si. si serui
tus ven. l. si qn̄. §. j. ⁊ de furtis. l. inter omnes. ⁊. C. de inoffi. dona.
l. si. ⁊ ad munici. l. quod maior. ⁊. j̃. de eo ꝑ quez fac. ⁊. l. j. §. serui
nomine. ¶ Et idem si instrumentum diceret cum toto capitulo
vt dixi. j̃. de rei vendi. l. in rem actio. §. item quicunqz. versi. vlti-
mo ⁊ vide. j̃. ad. l. aquili. l. scientiam. §. qui cuz aliter. ¶ Sed qd
facit hec. l. ad tit. cum hoc titu. tractetur de cautione iudicio si-
sti, ⁊ iudicatum solui: dic quia rubrica est generalis licet princi
paliter de illis tractetur tamen de ista incidenter. ¶ In glo. vt
q₂ pendente. ibi, bonorum possessio. ser. ca. ⁊ secundum hanc nō
ꝓcedit prima solutio. de. l. paulus notat. j̃. proxima glo. sed secū
da sic. Ibi. §. sub conditione ⁊ dic vt ibi not. ⁊ eodez titulo. l. hi
demum. Iaco. ibi vel dic quod fuit datus hoc nihil est. Ibi vel
dic possidet quia accepit. huic bene cōuenit prima sol. de. l. pau-
lus notat. j̃. proxima glo. Iaco. ¶ In glo. scilicet diminuenda
ibi ⁊ hec cautio. scilicet de non diminuenda. ¶ Itez dic directo
non per fideicommissuz. ¶ Et dic aut queritur an in omnē euē
tum cauere debeat, scilicet in defectum conditionis ⁊ eius euen
tum. ⁊ dic quod non vt in contrario secundum vnuz intellectū.
¶ Aut teneatur cauere in defectum conditionis tantū: ⁊ tunc
si de facto tantū possidet cauet vt hic si de iure vt quia petijt bo
norum possessio. secundum tabu. tunc non secundum vnam so
lutionē: secundum aliam sic que est in gloss. vlti. in fi. ¶ Idem si
nō est suspecta vt. C. vt in pos. lega. l. cū archimedorā. ⁊ de lega.
j. filiussa. §. idem princeps. sed vbi non est suspecta sufficeret cau
tio alias fieret sequestratio vt. l. imperatores. de app. And.

Sed si plures. Alibi videtur dici qd̓ ca-
ueatur primo ⁊ nō secun-
do, vt. j̃. de ven. inspici. l. j. §. denunciari aūt oportet.
Sed dic ꝙ omnib⁹, vt. j̃. vt leg. no. caue. l. si duo. nec
generabitur institutus quia eosdem fideiussores omnibus da-
bit, vt ea. l. ⁊ eo. tit. l. iij. Iac. de raue.

1 ☞ Defensor aliene litis nemo est idoneus sine satisdatione
iudicatum solui.
2 Pater vt legitimus administrator filij non satisdat de iudicio
sisti.
3 Pater in actiōe de dote pro filia quare satisdet de iudicio sisti.

Filius. alias, si filius. Nemo
aliene li-
1 tis est idoneus defensor † sine satisdatione iudicatuz
solui. h. d. Uel sic etiā vbi persona cōiuncta defendit
coniunctam tenetur cauere de iudicato soluendo. ¶ Et plus re
spondet iurisconsultus ꝙ fuerit interrogatus q₂ interrogatus
de filio respōdet etiam de patre. Oppo. quod sit sub congruo ti
tulo. ⁊ solue vt in glo. Sed videt̃ ꝙ pater nō debeat satisdare cū
sit legitimus administrator, vt. C. de bo. maternis. l. j. Solue vt
glo. q₂ nō satisdat in illis bonis in quibus est administrator le
gitimus vt in contrario in alijs bonis sic vt hic. ⁊ sic intelligas
2 hanc glo. s̃m Iaco. de ra. ⁊ Ray. ¶ Et dic † ꝙ aliqn̄ venit pater
et venire pōt vt legitimus administrator, vt cum hz vsumfru-
ctum in aduentitijs ⁊ tunc non satisdat sicut nec tutor, vt. §. qd̓
obseruari. ⁊. §. defensionē hic allegatis in gl. aut nō venit vt ad
ministrator legitimus nec venire pōt vt pro filio emācipato vel
in cā castrensi vel quasi vel qn̄ in aduētitijs nō hz vsumfructū
quod est quādoqz, vt. C. de bonis que libe. l. cū oportet. in prin.
⁊ aut̃. ibi signata. ⁊ tunc satisdat vt hic. aliquādo licet possit ve
nire sicut legitimus administrator. tamē venit sicut extraneus
vel ratione cōmunionis quā habet vt in actione de dote filie et
tūc etiā satisdat, vt. j̃. so. ma. l. ij. ⁊. l. nō solū. §. si de dote. j̃. de ꝓcu.
3 ¶ Uel posset dici ꝙ † in actione de dote nō sit legitim⁹ admini
strator cum nō habeat vsumfructū in ea. ergo non mirū si satis-
dat vt dixi. Ia. bu. de hoc etiā no. in gl. ⁊ per Cy. ⁊ dixi. C. de bo
nis q̄ libe. l. si. vbi aūt. ¶ In gl. vlti. ibi emācipatus erat. hec so-
lutio est contra literam istā que dicit, filiusfamilias. ⁊. s̃. de his q
sunt sui vel alie. iur. l. nā ciuiū. Ibi erit hodie vt hodie nō satis-
det olim sic. Iacob. but. ¶ In fi. s. administrator q₂ potest repu
diare vsumfru. ⁊ non erit legitimus administrator, vt. C. de bo-
nis que libe. l. fin. §. j. Iac. but.

1 ☞ Possessor rei immobilis non satisdat.
2 Possessor immobilium quare non satisdet.
3 L. sciendum. qui satis. cogan. an loquatur indistincte de omni
cautione.
4 Ususfructus an dicatur possessor immobilium.
5 Possidens multa bona immobilia an liberetur a satisdatione
de iudicio sisti.
6 Possessor īmobiliū q nō tenet̃ satisdare an teneat̃ saltē iurare.
7 Iuramentum satisdationis equiparatur satisdationi.
8 Fideiussoris datio subrogatur loco immobiliuz. ⁊ facit ad pul
chram questionem.
9 Conuentus in mille scutis ⁊ possidens immobilia pro centum
an euitet satisdationē de iudicio sisti.
10 Conuentus pro re immobili an releuetur a satisdatione de iu-
dicio sisti.
11 Possidens bona fide rem alienam an releuetur a satisdatione
de iudicio sisti.
12 Habens reditus annuos ⁊ non immobilia an excusetur a satis
datione de iudicio sisti.
13 Filius conuentus cuius pater possidet immobilia an excuset̃
a satisdatione de iudicio sisti.
14 Fideiussores de iudicio sisti an debeāt possidere bona īmobilia.
15 Casus in quo possessor immobilium satisdare tenetur de iudi-
cio sisti.

Sciendum

Sciendum. †¶ Possessor rei immobilis
nō satisdat. ꝛ quis habeatur
possessor declaratur hac.l. ¶ Et primo ponit regulā
vsq; ibi possessor aūt.ibi format questiones ꝛ decla-
rat ibi possessores cū aliquo iure ꝓprietatis admixto fm Ray.
de quo infra dicetur. ¶ Ibi,satisdare.iudicio sisti. ¶ Ibi possi
det ciuiliter.ꝛ naturaliter ratione dominiȷ̄ directi ꝓ parte suffi-
ciente ad estimationē litis vt hic no.in fi.prime glo. Ray. ¶ Et
pro declaratione huius.l.vide qđ no.per docto.C.de epis.ꝛ cler.
aut.generaliter.ꝛ in glo.de exhi.reis.§.suscepto.ꝛ per Rofre.in
libello de eo qui promisit aliquem iudicio sisti.que tractat hic
Guli.ꝛ vide etiā in speculo de satisdatiōib⁹. ¶ Sed que est ra
a tio ꝙ possessorᵃ.immobiliuꝫ non satisdat? † dic q2 verisimile est
2 ꝙ nō sic fugiat sicut fugere posset cum rebus mobilibus cū qui-
bus de facili posset recedere vel eas occultare.sꝫ res immobiles
seipsas exhibent,vt.C.qn̄ ꝛ quibus quarta pars.l.ij.lib.x.ꝛ si
fugeret reus mitti posset in possessionē ipsarum rerum immobi
lium. Jac.de raue. ¶ Pet.dicit se nō credere hanc esse rationeꝫ
nā fundus dotalis excusat ab ista satisdatione,vt.j.e.l.§.si fun
dus.ꝛ tamen non potest simul esse mariti ꝛ vxoris.vn̄ ipse Pe.
dicit ꝙ ratio est p̄sumptio affectiōis ad res immobiles.forte q2
fuerūt progenitorū suorū quas inuite relinqueret.ꝛ sic presum-
ptio est ꝙ non fugeret.arg.j.de contrahen.empti.l.qui officiȷ̄ de
minori.l.si in emptione.ꝛ ar.s.in ius vocati vt eant.l.j.ij.ꝛ.iij.et
quod ibi no.que affectio cessat in rebus mobilibus,vt.j.de leg.
iij.l.si chorus.§.j. ¶ Sed nec hec videt̄ bona scđm Andr.pone
enim quod habeam pulchra ꝛ ampla mobilia ꝛ iacolia que for
te fuerūt progenitorū meoruꝫ: quis dicet ꝙ non habeam maio
rem affectionem ad ipsa q̄ ad vnū paruū fundū? vnde ipse ap-
probat primam rationem.s.quia non pōt ita fugere cuꝫ rebus
immobilibus sicut cū mobilib⁹. Nec ob.ꝙ dicit Pet.de fundo
dotali.q2 lꝫ mulier ibi nō habeat dominium vel possessionē hꝫ
tñ spem infallibilē ad eam per se vel heredes suos vt.C.de iure
do.l.in rebus ꝛ sic subest prima ratio quod nō sic presumat̄ fu-
3 gere sicut cuꝫ mobilibus. ¶ Item quero † an hec.l.que indistin
cte loquitur de omni cautiōe loquatur.dic quod nō sꝫ speciali-
ter de cautione iudicio sisti.de qua principaliter loquitur hic ti
tu.vt nota.s.l.proxi.ꝛ dixi.s.l.iuli. Opponitur qđ possessor imo
bilium non excusetur ab ista satisdatione vt.s.eo.l.de die.§.qui
dā aiunt.ꝛ.d.l.iulia. ¶ Respondeo qui immobilia possidet de
qbus non mouetur sibi controuersia euitat hanc satisdationeꝫ
cum distinctione quam dixi.d.l.iulia.ꝛ dicam.j.ea.l.§.si fund⁹
ꝛ.j.ea.l.versic.item queritur si peto a te. ¶ Itē opponit̄ qđ pos
sessor immobilium hodie satisdare teneatur per aut.offerat̄.C.
de lit.contesta.que indistincte loquitur ꝛ est posterior. Dico qđ
licet ista sit noua tamen determinatur ꝑ istam veterem vt.s.de
legi.l.non est nouum ꝛ.l.sed ꝛ posteriores ꝛ ibi not. ¶ Itē op.
ad idem qđ satisdare teneatur vt.j.de incē.rui.ꝛ naufr.l.ne qd.
§.penul.dic quod ibi fallit:q2 sicut est ibi vnū speciale:sic ꝛ alia
vt.C.de naufragiȷ̄s.l.submersis. ¶ Vel solu.aliter vt dixi.j.de
4 suppletione glo.in fi. ¶ Itē op.hic dicit̄ † qđ qui vsumfruc.pos
sidet non dicitur possessor immobiliuꝫ: sed contra quia natura
liter possidet vt.j.de acquirēd.posses.l.naturaliter. Respondeo
vsufructuarius vere non possidet sed ius suuꝫ quasi possidet vt
C.de episco.ꝛ cler.l.raptores ꝛ.j.de precario.l.cū quis.§.is qui.
Et ꝙ dicitur generaliter possidet,expone.i.detinet.vl' dic quod
vsufructuarius non reputat̄ possessor quo ad materiam huius
l.propter facilem amissionē vsusfru.qui multis modis amittit̄
vt insti.de vsufru.§.finit̄.ꝛ.j.quib.mod.vsusfru.amitta.per to
tum.et.C.de vsufr.l.corruptionē.ꝛ idē in creditore,vt.j.§.credi-
torū. ¶ Sed pone:possideo maxima mobilia:an equipolleant
5 immobilib⁹ quo ad † hanc satisdationē? videt̄ ꝙ sic.ar.j.de ripa
munienda.l.j.§.j. In contrarium videt̄ quia hec.l.imponit ne-
cessitatem satisdandi ergo non excusat̄.ar.j.de ꝓcura.l.seruum
quoq;.§.fin.ꝛ.l.minor.§.fi. Et q2 facile fuisset legislatori hoc ex-
primere arg.C.de cadu.tol.l.vnica.§.finaūt ad deficiētis. Qui-
dā distinguūt aut iste res mobiles sunt adeo ponderose ꝙ vidē
tur eq̄pollere īmobilib⁹ vt dolia maxima,naues,ꝛ similia:ꝛ tūc
euitet satisdationē ar.j.de le.j.l.cetera.§.peñ.ꝛ.j.de vino tritico
ꝛ oleo lega.l.iij.§.si vinū.ꝛ de vsufr.l.ꝛ si quis.§.ꝓprietatis. Si
aūt essent de facili portabiles:tūc secus vt.j.q ꝛ a qb⁹.l.in frau
dem.ꝛ insti.ex qb.cau.ma.non lꝫ.§.j.ꝛ ꝑ hoc facit identitas rō-
nis vt.j.ad.l.aqui.l.illud.ꝛ hanc tenet And.ꝛ cōtinet equitatē.
tñ Pet.ꝛ Ray.tenēt cōtrarium:q2 non sunt ex toto immobilia
et q2 in eis non sic cadit affectio totaliter sicut in immobilibus.
6 ¶ † Item queritur an possessor immobiliū qui non teneat̄ sa-
tisdare tenetur saltē iurare ꝙ stabit in iudicio.videtur ꝙ nō:q2
beneficiū huius.l.debet esse mansurum.in aut.constitutio que
dignitatib⁹.§.j.ꝛ q2 possessio īmobiliū ꝛ satisdare eq̄parantur
vt.j.hic in glo.ver.tu dic scđm Jo.ꝛ solum ille q nec immobilia
possidet ꝛ satisdare non potest iurat:vt notat.s.eo.l.j. ¶ In cō
trarium facit quia illi quibus a iure remittitur hec satisdatio
iurare tenetur.C.de principibus agen.in rebus.l.fin.ꝛ de ꝓxi-
mis sacrorum scriniorū.l.in sacris.ꝛ ꝑ hoc bene quod iurare te
neatur ꝛ etiam bona sua obligare.C.de epi.ꝛ cle.l.omnes q vbi
q;.§.in hac.i fi.ꝛ quod dixi supra eo.l.ij.i fi.ꝛ hanc tꝫ gl. ¶ Pe.
7 eam reprobat: † q2 iuramentum p̄statur in defectum satisdatio
nis ꝛ equiparatur satisdationi,vt.d.l.j.supra eo.ꝛ.C.de episc.et
cle.aut.generaliter.ꝛ q2 non est presumptio fuge ex quo immo-
bilia possidet. Non obstant contraria:q2 ibi ex priuilegio excu
santur a satisdatione ꝛ ideo non mirum si teneantur saltem iu
rare.secus vbi excusantur ex forma iuris cōis:q2 possidet immo
bilia.facilius enim tollit̄ priuilegium q̄ ius cōmune in authē.
de non alienā.§.q2 vero verisimile.ꝛ hanc etiam tenet Ray.te-
net glo.per.§.sed hodie.ꝛ quod ibi no.institu.de satisdat. Ray.
ꝛ And. ¶ Sed si velles tueri glo.dic ꝙ tantū operat̄ possessio
immobiliū nō habente dignitatē quantū esse in dignitate quo
ad excusationē satisdationis.sed existēs in dignitate iurat:ergo
ꝛ possessor. Sed huic posset dici ꝙ dignitas cum iuramento suc
cedit loco satisdationis.vnde non est bonū simile. ¶ Preterea
non esset cautū litigatori cū constituto in dignitate si non iura
ret.ꝛ sic eius dignitas noceret aduersario quod esse non debet,
vt.C.de statutuis ꝛ imagini.l.vt virtutum. ¶ Opinio petri i iu
diciȷ̄s seruatur ꝙ possessor īmobiliū non teneat̄ iurare. ¶ Sed
pone:agis ꝯtra me in ciuitate ista i qua nō possideo īmobilia sꝫ
in aliȷ̄s locis bene possideo:nunq̄d excusor a satisdatione? videt̄
ꝙ sic ex generalitate:q2 ex diuersitate locorum non seq̄tur diuer
sitas iuris.insti.quod cum eo.§.j.ꝛ.C.de tempo.in integ.resti.l.
8 superuacuam. ¶ In contrariuꝫ videtur:q2 † fideiussoris datio
subrogatur loco īmobilium:sed fideiussores alterius fori nō ex
cusant.vt.s.si quis in ius voca.non ierit.l.j.ergo nec res. Itē q2
non est plene cautum actori nec satisfactum huic.l.q2 iudex in
bonis extra territorium suum non posset executioneꝫ facere,vt
supra de iurisdi.om.iud.l.fi.ꝛ.j.de bo.autho.ind.pos.l.cuꝫ vn⁹.
§.is q. Et ꝑ hac opinione videtur expressum.j.de principibus
agentium in rebus.l.fi.ꝛ ibi i glo.lib.xij. Et hanc opinionem te
nēt hic Jac.de are.ꝛ And. ¶ Pe.distinguit aut possidet īmo-
bilia in loco vicino:ꝛ tunc releuat̄ a satisdatione.aut remoto:et
tunc non.nā ex quo sunt in loco vicino satis videt̄ hic esse.ar.j.
de tuto.ꝛ cura.datis ab his.l.diuus.ꝛ ꝑ hoc de dam.infec.l.iiij.
§.duas.ꝛ.§.si tam vicinū.s.eo.l.si fideiussor.§.si necessaria.ꝛ de
ꝓcu.l.sed ꝛ he.§.nō solū. Gui.de suꝫ.tenet hic īdistīcte qđ excu-
setur. ¶ Ad rationes i cōtrariū ꝙ fideiussor dꝫ esse de illo foro i
quo fideiubet rn̄det ꝙ hoc ideo est:q2 ꝯtalē fideiussorem q non
esset de eius iurisdictione nec re nec verbo posset ꝓcedere.vt.d.l.
diuus de tuto.ꝛ cura.da.ab his. ¶ Sed contra bona alibi exi-
stētia pōt ꝓnūciare ꝛ rescribere iudici i cuius territorio sunt ꝙ
exequat̄,vt.d.l.cū vnus.§.is q de re iud.l.a diuo pio.ꝛ de indi.l.
ꝓperandum.§.sinaūt reus ad.l.vlti.C.de principibus agentiuꝫ
in rebus.dicunt ꝙ ibi dicitur q Rome vel in prouincia immo-
biles possident facultates aut sue substātie committant̄ aut iu
ratorie cautioni referūt singula singulis:vt si habeāt īmobilia
rome nec iurabunt nec satisdabunt. Si autem habent immobi
lia i ꝓuincia nō satisdabūt sed iurabūt q2 possessio īmobiliū in
prouincia nō releuat a satisdatione i iudicio ꝙ mouet̄ rome sic
9 itelligit.d.l. ¶ † Sed pone:cōuenis me in causa mille marcarū.
possideo immobilia valentia centū sol.nunq̄d excusabor a satis
datiōe? videtur ꝙ sic:q2.l.ista loq̄tur īdistincte.i contrariuꝫ est
q2 non est sufficienter cautum pro hoc.j.de priuileg.credito.l.si
creditores ꝛ.j.ꝙ cū eo q i ali.po.l.ij.dic ꝙ opus est quod sit pos
sessor īmobilium equalentium his que petuntur et etiaꝫ vltra
propter expensas.q2 satisdare debet habet necesse dare fideiusso
res locupletes pro qualitate rei,vt supra eodē.l.si vero.§.q pro
rei qualitate.preterea contra eum q se absentat contumaciter
fit missio pro mensura debiti declarati et in tanto pluri quantū
est verisimile expensas esse posse i authen.de exhi.reis.§.si vero
et pro hoc patet solutio ad aliam questionē quā querit Guid.
de suꝫa.si possideat īmobilia sterilia vel inutilia an excusetur a
satisdatione:q2 dicendum est vt supra ꝓxima questione. ¶ Itē
10 queritur † si peto a te rē īmobilem an illa res te releuet a satisda
tione.glo.vbiq; tenet qđ sic.vt nota supra eo.l.de die.§.quidam
aiunt.ꝛ infra.e.l.§.si fundū.de hoc dixi supra.e.l.iul.ver.item si
est vera opi. Dy. Opinionem glo.tenent Andre.ꝛ Jaco.de ra.
¶ Aliȷ̄ distinguunt aut queritur an releuet quo ad petenteꝫ di-
cunt ꝙ sic.aut quo ad aliuꝫ tertium: et dicunt ꝙ nō sic itelligūt
§.si fund⁹. Pe.dicit ecōuerso ꝙ quo ad tertiū releuat vt.C.cōia
de leg.l.ij.sed quo ad petentem non.ꝛ ita intellige.d.§.quidam
aiunt.et.l.iuli.et.d.§.si fundus. Et ratio est fm eum quia petēs
p̄sumitur suo iure petere et ideo quo ad eum nō releuat sed quo
ad tertium sic q2 quo ad eum liberas edes habet vt.j.si seruit⁹

a ¶ Possessor. adde istud esse veruꝫ ēt si pos sideat extra ꝓ uīciā i loco ꝓ piquo vbi pos sit cōueniri.se cus si i loco lō ginquo.gl.i.l. fi.de p̄n.agē.in re.li.xij.qđ fa- cit ad cautelā ang.et pau.i.l. fili⁹.qui satis. cog.et ibi alex.

ven.l.loci corpus.§.cōpetit.ꝛ hanc sequit̄ hic Mar.fili. ¶ Itē queritur si conuentus non habeat dominium sed ius publicia ne an excusetur a satisdatione. videtur qḋ sic vt.ĳ.de publicia.l.j.ꝛ quia prefertur omnibus preter dominū vt.e.tit.l.penul. Itē quia possidens etiā mala fide presumitur domin⁹.vt.ĳ.de acqr.re.do.l.fi.C.de rei ven.l.res alienas. ¶ Item qꝛ hic nō dicitur ꝙ debeat esse domin⁹ ſꝫ possessor. Pet.dicit aut credebat dominum illum a quo causaꝫ habet:tūc releuat quia presumptio est qḋ habeat affectionem ad rem illam tāq̄ ad propriā.aut scit qḋ nō erat domin⁹ ꝛ tūc nō releuat ar.ĳ.de dona.inter viruꝫ ꝛ vxo.l.iij.§.j.ꝛ.l.cum hic status.§.fi. ¶ Alij dicūt ꝙ adhibet̄ summaria cognitio sit domin⁹ vel nō.vt.ĳ.vt ī pos.le.l.fi.is a quo.sicut in fideiussore sit idoneus vel non vt.s.eo.l.arbitro.ꝛ si constabit eum dominum nō esse tūc satisdet ꝛ exponūt hic possessor.i.dominus.vt.ĳ.de verbo.signi.l.interduꝫ.ꝛ pro hoc facit qḋ hic de vsufructuario dicitur.absurdum em̄ esset ꝙ ꝑpter res alienas commodatas euitaret satisdationem cum esset ratio ꝛ mēs huius.l. ¶ †Ex predictis colligi potest solutio si bona fide possidebat rem alienā an excusetur.videt̄ ꝙ non qꝛ videtur exigi possessio quaꝫ habet iure dn̄ij arg.ĳ.de vi ꝛ vi arma.l.iij.§.interdicto.ꝛ vti pos.l.j.§.fi.ꝛ.l.iij.§.fi. ¶ In contrarium videt̄ qꝛ aduersarius allegat ius tertij dicēs esse alienam.qḋ nō potest.vt.s.§.cōpetit.ꝛ de dāno infect.l.inter quos.§.j. Dici pōt ꝙ aut possidet nomine ꝛ contemplatiōe dn̄i vt creditor cōmodatarius ꝛ depositarius ꝛ tūc nō vt.ĳ.ea.l.§.creditor. Si aūt suo nomine vt ver⁹ possessor tunc sic vt.ĳ.de noxa.l.si seruus depositus.§.j.ꝛ de rebus eorum qui sub tutela.l.iij.§.j.ꝛ qḋ ibi no. ¶ Contrariū tꝫ Ray.qꝛ possessio hic nō ꝯsideratur simpliciter sed respectu dn̄ij.vt hac.l.ver.itē qui solam ꝛ versi.seq. In cōtrarijs vero cōsiderat̄ simpliciter vel ratiōe alicuius iuris.ĳ.de rei vē.l.iij.§.pe.nō ob.ĳ.loci corpus.§.competit.cum similibus:qꝛ in illis itētio ad aduersarij non est fundata de iure cōi hic sic arg.C.de ꝓba.l.si ue possidetis. ¶ Unde dic ꝙ iste possessor non excusatur nisi ꝓbat ius aliquod respectu proprietatis nec expedit aduersario ꝓbare contrariū licet ꝑ aduersa parte faciat opi.pla.nota.C.de proba.l.ij.sed illa ibi reprobatur ꝛ eo.ti.l.cum res. ¶ Si auteꝫ partes pariter ꝓbarēt tunc recurrēdū esset ad materiā.l.ob carmē.§.si testes.infra de testibus.Ray. ¶ Sed nūquid domin⁹ q dedit rem in feudum excusat̄ per illā reꝫ a satisdatiōe:qdā ꝙ sic ꝑ ver.item qui solā proprietatē.infra.e.nā dominus habet directum dn̄ium.ꝛ ver.sed ꝛ qui vectigaleꝫ.alij dicunt ꝙ non qꝛ nō habet integram ꝓprietatē cū vasallus habeat vtile dn̄ium.sed idem est in agro vectigali.ꝛ ideo prima verior ꝛ eā approbat hic

12 Guil.de suz.†Sed pone ꝙ habeo reditus annuos ꝛ non alia immobilia nunquid excusor a satisdatione si sūt sufficiētes respectu eius quod petitur:quidam qḋ nō qꝛ i istis reditibus nō sic de facili pōt haberi regressus sicut ad immobilia vt ifra de fideius.l.si dubitetur.nam oportet fictualē conueniri qḋ videt̄ fieri posse demū excusso principali.vt.C.qn̄ fiscus vel priuatus.l.iij.ꝛ per totū. ¶ Contrariū tenet Guil.qꝛ si inspiciat̄ ordo executionis vel ad prōptitudinē executionis ita excusaret̄ possessor mobiliū:qꝛ ita est prōpta ꝛ expedita executio in eis vt.ĳ.de re iudi.l.a diuo pio.sed ratio est quā supra dixi:qꝛ immobilia nō sic ꝑnt sumi.vt.C.qn̄ ꝛ a qb⁹ quarta ps.l.ij.lib.x. Aū dicit ꝙ si isti redit⁹ prestant̄ ratione rerū immobiliū habent̄ ꝓ rebus immobilib⁹.vt.C.de secun.nup.l.hac edictali.§.j.de iure do.l.fin.ꝛ de sacrosanc.eccle.l.iubemus nulli circa.prin. ¶ Si aūt illi redit⁹ nō sunt sup aliquib⁹ immobilib⁹ ſꝫ tenet̄ debitor prestare solū ꝑsonali actiōe:tūc nō reputant̄ immobilia nec excusant a satisdatiōe.vt.ĳ.de annu.lega.l.liberto.§.luci⁹.de ꝯ̄hē.emp.l.vlti.§.fi.ꝛ ꝓ hac distinctione facit.C.de dona.l.si qs argentū.ꝛ glo.posita in aut.de nō alie.§.ij.que incipit lꝫ nō sint immobilia.ꝛ qḋ notaui in simili in aut.hoc ius porrectū signata sup.d.l.iubem⁹ nulli ꝛ.ĳ.de verb.signi.l.mouentiū.ſꝫ hoc veruꝫ fm̄ Ray.si erat in quasi possessiōe percipiendi tales reditus.alias sec⁹:qꝛ tunc esset ꝯ̄.l.istā.ꝛ infra.§.si fundus.ver.diuersa causa.ꝛ.C.de agri

13 col.ꝛ censi.l.iubemus.in prin.lib.xj. ¶ Sed pone†qḋ filius cōuenitur non possidet immobilia sed pater sic cū cuius licētia est i iudicio.an excusabitur a satisdatiōe:videt̄ ꝙ nō:qꝛ ex facto filij nō fieret executio in bonis patris.vt.C.ne filius pro patre ꝑ totū. ¶ In contrariū videt̄ qꝛ subest predicta rō scꝫ quod non est verisimile qḋ filius fugeret ex quo pater est locuples. ¶ Itē quia viuēte patre quodāmodo est dn̄s rerū paternarū.vt.C.de libe.ꝛ posthu.l.in suis.sicut ꝛ mulier excusatur a satisdatione propter fundum dotalē.vt.ĳ.e.l.§.si fund⁹.ꝛ tū non est dn̄a nisi spe.ꝛ pro hoc facit.ĳ.pro herede.l.ij.§.filiū.ver.nec eo moueor ꝛ C.pro herede.l.nihil. Et in hanc opinionē inclinare videt̄ Iac.de ra.ꝛ dicit esse casum in.d.l.vlti.C.de princip.agentiū in reb⁹.l.fi.lib.xij.vbi dat priuilegiū vxori ꝛ ei⁹ filijs. ¶ Sꝫ posset dici qḋ ibi specialit̄ iō And.ꝛ Guil.tenēt ꝯ̄riuꝫ ꝛ bn̄ iudicio meo.

tellectum. ¶ In fine quia sufficit condictio ob turpem causā.
Franci. accur. Et quicquid dicat glos. tene qđ quo hec actio da-
tur diuersis tunc totum quadruplū est pena. nec datur post an
num. sed si datur vni tantum: tunc vnum simplum est persecu-
tio rei. ⁊ ideo pro ipso simplo datur etiam post annum. nec est
verum quod dicit glo. qđ illud simplum sit pena tempore mino
rata quia si esset verum qđ illud simplū esset pena cū hec actio
sit pretoria. ⁊ ex delicto etiam pro illo simplo non daretur post
annum, vt. j. de act. ⁊ ob. in. l. in honorarijs. Illud ergo simplū
nō est pena sed rei persecutio. Jac. bu. Et vide. j. eo. l. si q ab alio.
§. j. ¶ In gl. vt hic. ibi, lucius. sed ibi agitur criminaliter. ¶ In
fi. ⁊ facit qđ no. s. eo. l. j. §. j. in fin. gl. magne. Ray.

1 ☞ In actione calūniosa tempus computatur a tpe scientie.
2 Tempus datum ad appellandum vel alius agendum non cur-
rit ei qui copiam non habet agendi.

1 **Annus.** † Is annus intra quē dat̃ ista actio
in quadruplum, vt. s. eo. l. j. in prin. est
vtilis quo ad initiū vnde nō currit ignoranti q̄ ex-
periundi potestatem nō h;. secus dicit gl. est in edili-
tijs actionibus in quibus sex menses sunt in totum vtiles, vt. j.
de edil. edic. l. cum sex. ibi videtur glo. sentire contrarium ꝙ sint
vtiles quo ad initium tantum. Cyn. tenet istam gloss. et Ray. C.
de tempo. in integ. restitu. l. fina. vbi de isto tempore vtilis satis
not. Jac. de rauen. tenet qđ hic sit totus annus vtilis ⁊ idem in
l. cum sex. ⁊ idem dicit de biduo ⁊ triduo quod datur ad appel-
2 landū q̄ ⁊ illud quo ad quid semper est vtile † q̄ non currit ei
qui copiam adeundi pretorem non habuit, vt in. §. dies. in glo.
allegato quo ad alia bene est continuum.

1 ☞ Ratum habens datum ab alio dicitur id quod ratum h;
egisse vel dedisse.
2 Actio patri competit pro negotijs filij.

1 **Si quis ab alio.** † Si do ob bonum
meū ne mihi calu-
mniosum negotiū fiat siue alter noīe meo ⁊ habeo ra
tū sola quadrupli persecutio datur. si aūt ali⁹ dat ne
mihi negotiū calūniosum fiat sed non noīe meo ipse ad simplū
⁊ ego ad quadruplū agā vbi ergo ipse dat vere vel ficte ꝙ est cū
alius dat eius noīe: ipse solus agit ad quadruplū si aūt nec ve-
re nec ficte dedit: sed alius non eius nomine tunc datus agit ad
simplum ⁊ ille pro cuius bono datur in quadruplum. h. d. text.
⁊ glo. Jac. but.
2 **Si vt filiosa.** † Hec est vna de actiōib⁹ spālibus q̄
etiā iure isto dabant̃ filiosa, de quib⁹
plene dicetur. j. de iud. l. si longius. Ja. bu. ¶ In glos. hic est ar-
gu. in fi. de hoc dic vt. s. e. l. in heredē. §. j. vt per Rof. e. ti. ver. vlt.
Cum publicanus. Istud edictū ꝯcurrit cū
edicto de publicāis. h. d.
⁊ glo. exponit duobus modis. prima vera.

1 ☞ Dans pecuniam vt extinguatur actio calumnie: an ⁊ quo
casu repetat.
2 Probatus delinquens habetur pro delinquente licet etiam sit
innocens ⁊ econtra etiam delinquens non probatus habetur
pro innocente.
3 Actio ciuilis ⁊ criminalis possunt simul intentari.

1 **Si ab eo.** † Si dans reperitur innocēs nec cri-
men contra eū probatū est repetit al's
2 non. ¶ † Et no. qđ hec sunt paria aliquē vere delinq̄re
vel l; nō delinq̄rit ꝓbari cōtra eū delictum. ¶ Itē not. qđ. l. ista
3 in fi. expresse innuit qđ ciuilis † ⁊ criminalis possint simul inten
tari. ⁊ pro hoc. C. de cōdi. ob tur. cau. l. qđ euitādi. vbi de hoc te-
tigi. j. de re iud. l. diuus. ⁊ de var. ⁊ extraor. cog. l. medicus. ⁊ ita
de consuetudine seruatur: de iure tū est contra. C. qñ ciuilis actio
cri. preiu. l. vnica. vbi de hoc plene. ¶ Et ad hanc. l. cū p̃dictis cō
cor. potest responderi qđ instruxerit iudicē quid ex officio facere
debeat non aūt datur actori modū proponendi. Ric. ⁊ ad hoc
etiā facit. j. l. proxi. Ibi, acceptā. ab accusatore vt desistat vel a iu
dice ne procedat. ⁊ sic h; duas lecturas secundū Odof. ¶ In
glo. vlti. in fin. dic scđm actiones intentatas de quibus ibi not.
quelibet opinio est vera Ray.

1 ☞ Accusans seruum de calumnia si non probet ad quid te-
neatur.

1 **De seruo.** † Dic qđ hic loquit̃ de seruo accu
sato calumniose ⁊ pro sua accusa
tione torto precedentibus indicijs. Opp. qđ accusa-
tor condemnet̃ solū in simplū, vt. j. de adul. si postu
lauerit. ⁊ solu. distingue vt gl. ¶ Et duas habet lecturas hec. l.
j. vera. Ray.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipit liber quartus.

¶ De in integrum reſtitutione. Rubrica.

1 ☞ Reſtitutio in integrum datur cauſa cognita vera ⁊ iuſta.
Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in cauſa reſtitutionis.
2 Minor an veniat ex modica cauſa reſtituendus.
3 Beneficium reſtitutionis an tranſeat ad heredem ⁊ ſingularez
ſucceſſorem.
4 Solēnitates neceſſarie in actibus an poſſint minui vel mutari.
5 Beneficium reſtitutionis an poſſit opponi in modum exce-
ptionis.



Uper rubrica. In codi ce pcedit
hunc titulum titulus de his q̄ vi me-
tuſve cā.⁊ de dolo iſte ordo.ff.plus pla-
cet.lz ⁊ ille tolerari poſſit vt dicam.j.ti.
pxi.l.j.Et vide de materia huius ti.per
Azo.in ſumma eo.ti.⁊ multis titulis ſe
quentibus.⁊ per Goffr.⁊ Hoſt.⁊ Spe
cu.extra eo.ti.⁊ per totum tit.⁊ lib.vj.⁊
Roffre.in libello de offi.iudi.quo datur reſtitutio.⁊ qđ dixi.C.
eo.ſuper rubrica.qđ patientia ⁊ notoria nō egeant cōmendatio
ne nec probatione.j.eo.l.j.⁊ de ſignificato huius p̄poſitiōis ſub.
1 †Quod reſtitutio detur cauſa cognita et ex veris ⁊ iuſtis cau-
ſis.j.eo.l.omnes.an in cā reſtitutiōis ſit neceſſaria litis cōteſta-
tio.Et an poſſit in modum exceptionis implorari.Et an in poſ
ſeſſoriis poſſit procedi lite nō conteſtata.An a ſententia lata ꝙ
2 quis nō torqueatˀ poſſit appellari.†An ex modico damno reſti
tuatˀ minor.j.eo.l.ſcio.Et plene an de modicis ſit curandum.et
qđ nō eſt minimū.reputatˀ grāde.Quod nō vr̄ re excluſus q reſ-
titui poteſt.j.eo.l.nemo.Et an impetrans beneficiū teneatˀ face
3 re mentionē de literis quas hz ad vacaturum.†Et an beneficiū
reſtitutionis tranſeat ad heredē ⁊ ſingularem ſucceſſorem, be-
ne.j.eo.l.non ſolū.⁊ que priuilegia tranſeāt ad ſucceſſores maſ-
culos ⁊ feminas.Et qđ principale attēditˀ et non acceſſoriū vel
conſecutiuū ad principale.Et ideo ſi ſtatuto cauetur ꝙ deſexta
rio frumenti vel carri vini vendito ſoluatur datium ſi quis ven
dit fundum in quo eſt frumētū maturum vel vue mature nō te
netur ad datiū.De cōtumace vero ⁊ ficto ⁊ ad quid reſtituatur.
4 bene.j.eo.l.diuus.†Et an ſolennibus poſſit aliquid omitti vel
mutari.Et qđ vna p̄ſumptio tollit aliā.Et ꝙ deceptus ſine cul-
pa ſua ⁊ dolo aduerſarij reſtituit.Que ſit differētia inter mino-
res ⁊ reipublice cā abſentes quo ad reſtitutionē, plene.j.eo.l.fi.
⁊ ibi eſt glo.magiſtra ad quā recurritur de quinqz generibꝰ ab
5 ſentiarū.†An beneficiū reſtitutionis poſſit opponi in modum
exceptionis vide plene.j.ex qui.cau.maio.l.ab hoſtibus.§.ſed ꝙ
ſimpliciter in fi.de iſta materia in integ.reſti.⁊ qūo formetur in
ea libellus,vide extra eo.tam literis.⁊ de re iud.cū Bertholdus
per Inn.⁊ Roffre.de reſciſſoria.

1 ☞ Leſis ſuccurritur multis modis ſecundum varietatē cau
ſarum leſionis.
2 Edictum reſtitutionis in integrum eſt notorium nec eget com-
mendatione.
3 Dictio ſub,quid importet.



1 Tilitas. Leſis ſuccurrit p̄tor†multis mo-
dis ſcđm varietatē cauſarum leſio
nis que hic enumeranˀ ⁊ per ſequētes titulos decla-
rantur vſqz ad ti.de arbi.⁊ multū ſepe allegatˀ hec.l.
2 qđ eū vtilitas†huius edicti per ſe pateat nō eget cōmendatiōe.
eadē verba ſunt.j.de exercito.l.j.quicquid eniz demonſtrate rei
adijcitur fruſtra eſt.j.de dot.preleg.l.j.in fi.Et qui facibus illu-
ſtrare ſolē certat ſupuacuo laborat.xvj.q.j.ſi oia.Et linguis ta-
centibus talia ſe produnt in lucem vt dicit tullius primo rheto
ricorum.ea aūt q̄ nō ſunt ſic euidētia indigent cōmendatiōe p̄ſa
tionibus,vt.ſ.de orig.iur.l.j.⁊.j.ſi cer.pet.l.j.⁊ allegantur predi
cta ad materiā notorij ꝙ notoria nō indigēt pbatione.de quo
no.⁊ plene dixi.C.de accu.l.ea quidez.⁊ extra de coha.cle.⁊ mu.
c.tua.⁊.c.vr̄a.per oēs.⁊ pro hoc extra de accu.c.euidētiam. ſecus
ſi eſſet ſolū manifeſtū nō notoriū,vt.C.de incol.l.ciues.⁊ dixi.j.
de ven.inſpi.l.j.§.quāuis.⁊ nō pōt eſſe quin ſit notoriuz qñ ep̄s
transfertur ad alium epiſcopatum. extra de tranſla.c.quanto.
3 ¶ Itē no.de ſignificato huius p̄poſitionis ſub.†gl.eniz expo-
nit duobꝰ modis,vno modo ꝙ denotet cōtinētiā ſub ſe.ſ.ꝙ ſub
hoc titulo generali gn̄aliter cōprehendanˀ ſequētes tituli de re
ſtitutiōibus loquētes vſqz ad tit.de arbi.⁊ iſta expoſitio placet
Ja.de ra.Et ſic accipitˀ.j.ſi cer.pe.l.j.alio modo accipitˀ ſub id eſt
poſt vt dicamꝰ ſub hoc titulo id eſt poſt hūc titulū poſtq̄ ſequū
tur alij tituli đ reſtitutiōe tractātes ⁊ iſta nō placet Ja.de ra.qꝛ
male ſequereˀ vtilitas huiꝰ edicti patet qꝛ ſequētes tituli ſunt
vtiles cetera ſatis patēt ex gl.⁊ vide in alphabeto dictiōe ſub.

1 ☞ Reſtitutio in integrū requirit vtriuſqz partis preſentiaz.
2 Reſtitutio non fit cauſa cognita iuſta ⁊ vera.
3 Reſtitutio in integrum an requirat litis conteſtationem.
4 In poſſeſſoriis an procedi poſſit lite non conteſtata.
5 Abſente parte proceſſus non valet.
6 Poſſeſſio pōt ſola neglīgētia amitti ⁊ a fortiori ⁊ multomagis
ex contumacia et culpa.
7 Appellari an liceat a ſententia lata ꝙ quis non torqueatur.



1 Mnes †Gul.de cu.dicit qđ doctor ſuus re-
petit hanc.l.dicens.ꝙ in integ.reſtitu.
vtriuſqz partis preſentia reqritur.j.de mino.l.in cauſe.
§.facta cognita.⁊ vide.j.de bon.poſ.l.iij.§.ſi cauſa cognita.⁊ qđ
2 ibi not. ¶ Et ſcđm Jac.bu.cā†concedende reſtitutionis dz eſſe
iuſta ⁊ vera coniunctiue ⁊ copulatiue lz gl. videatur loqui diſ-
iunctiue. ¶ Uel dic qđ dictio vere.ſtat proprie ⁊ refertur ad cau
ſas de quibus dictū eſt.ſ.l.j.⁊.ij.q.d.ꝙ nō ſufficit ipſas cauſas
allegare ſed debēt pbari vere,vt.j.de iureiurā.l.nam poſtea.§.ſi
minor.⁊ autˀ.ex cauſa.C.de lib.prete.quando ergo allegatur ali
qua cauſa que nō eſt iuſta ad dandā reſtitutionē nō auditˀ ſcđz
intellectū Joā.ſed ⁊ ſi alleget iuſtā cām nō auditˀ niſi probet eā
verā ſecundū aliū intellectū. ¶ Poteſt etiā dici ꝙ dato ꝙ alle-
get iuſtā cauſam puta doli vel metus nō tn̄ ſemper reſtituitˀ,vt
j.de mino.l.qđ ſi minor.§.nō ſemper qđ metus cā.l.iij.iiij.et.v.⁊
de dolo.l.ſi oleū.in fi.⁊.l.ſeq. ¶ Querit Gul.de ſuza.an in cā re
3 ſtitutiōis ſit neceſſaria litis cōteſtatio†⁊ ꝙ ſn̄ia feratˀ vtraqz p-
te preſente.⁊ dicit qđ gl.mouet iſtā queſtionē ⁊ male ſoluit.j.de
mino.l.qđ ſi minor.§.ex hoc edicto. ¶ Unde ipſe dicit ꝙ ſi vtra
qz pars eſt p̄ſens exigitur litis conteſt.C.de in inte.re.l.fi.ſi autē
pars ꝯtra quā petitˀ reſtitutio citata eſt ⁊ abſens per cōtumaciā
tūc proceditˀ ad ſn̄iam lit.nō cōte.vt.C.ſi vt ab hered.ſe ab.l.j.et
autˀ.ibi poſita vbi de hoc tetigi.⁊ idē eſt in cā appellationis,vt
C.de tēp.ap.l.fi.§.illud.vbi de hoc dixi:⁊ ibi alios caſus numera
ui vbi lite nō cōteſtata proceditur.⁊ vide Hoſt. in ſumma.§.et
qualiter.⁊ in Spec.eo.§.qualiter.⁊ vr̄ expreſſum.j. de mino.l.in
cauſe.j.§.cā cognita.vbi de hoc dixi.Et vide Inn.extra eo.c.cū
veniſſent.⁊.c.tā literis.⁊ qđ no.⁊ dixi.j.de interro.act.l.j.⁊ in pa-
tria ptāte.d. Uber.de bo.de offi.iud.⁊ in Spe.de ordi.iud.§.ſeq
tur.ver.qđ autem dixi.An in modū exceptiōis poſſit implorari
⁊ obijci reſtitutio in integrū,vide.j.ex qui.cau.ma.l.necnō.§.exē
plo. ¶ Querit Gul.an in poſſeſſoriis poſſit procedi lite non cō
4 teſtata.†⁊ primo arguit qđ non quia litis conteſtatio eſt funda
mentum iudicij.j.rem ratam habe.l.amplius.⁊.C.de li.conteſt.
l.vnica.⁊ pro hoc.C.de ſenten.l.prolatam.⁊ quia iudicium de-
bet legitime initiari.C.qui dari tut.poſ.l.in vniuerſis. Et quia
ſpeciale eſt in quibuſdam caſibus ꝙ procedatur lite non conte
ſtata.C.de temp.appel.l.fina.§.illud.⁊ ibi dixi.C.de his qui ad
eccle.confu.l.preſenti.§.cum autem.et ibi nota.⁊ iſte caſus non
eſt de exceptatis ergo ſub regula remanet.j.de damno infec.l.ſi
finita.§.ſiue autem.Item in poſſeſſoriis proceditur per interdi-
cta.j.de interdic.l.j.§.fina.⁊.l.ſequen.que dicuntur inter duo di
cta.inſtit.de interdict.§.ſunt autem.ergo in eis duo requirūtur
arguendo a nomine.C.de epiſco.et cleri.l.decernimus.Item qꝛ
maius videtur preiudicium in poſſeſſoriis quam petitoriis:qꝛ
in poſſeſſoriis non appellatur.C.ſi de momenta.poſ.fuerit ap-
5 pel.l.j.†ergo abſente parte non eſt procedenduz argumen.C.de
appella. l. addictos. Item videtur expreſſum quia litigans de
poſſeſſione remittitur ad iudicem ordinariuz.j.ſi muli.ven. no.
l.j.§.neceſſario.Et pro hoc bene.C.ſi per vim vel alio modo.l.fi-
nali.⁊ ibi in glo.⁊ videtur etiam expreſſum.j.de lib.ho. exhiben.
l.iij.§.interdictum. Ipſe tamen tenet contrariū:primo qꝛ cauſa
poſſeſſorij vilis eſt ⁊ momentanea.C.vnde vi.l. momentanee.et
de acquiren.poſſeſ.l.ſi quis vi.§. differentia. maxime in re mo-
bili.eo.tit.l.ſi quis rem mobilem.non ergo in ea ſeruari dz tan-
ta ſolennitas ſicut in alijs.j.ad exhiben.l.iij.§.ſciendu z.⁊ ad car
bonia.l.iij.§.cauſe.que bene facit cum glo.licet loquatur in poſ
ſeſſorio qui nō tribuit ius.et pro hoc quod in cauſis vilibus pro
cedatur lit.non conteſt.facit in autˀ.de mand.prin.§.ſit.tibi ma
xime de conſenſu partium.C.de priuilegijs ſcholarium.l. quo-
ties.in fi.⁊ in preiudicium abſentis reputatur lis conteſta.arg.
j.de interrog.act.l.de etate.§.qui tacuit.⁊ pro hoc qđ dicitur in
apparitoribus.C.de pen.l. ne diu.⁊ de cohorta. l.ſi apparitor.
6 ¶ †Itē pro hoc qꝛ quis perdit poſſeſſionē†ex negligentia ſua
j.de vſuſc.l.furtū.⁊ inſt.de vſuſc.§.qđ autē.ergo multomagis ex
contumacia qꝛ dolus preponderat culpe.j.ad legem aqui.l.itez
ſi obſtetrix.itē pro hoc qꝛ regulariter iudiciū non tenet cuz per-
ſona minus legitima.j.de collu.detegen.l.cum non iuſto.tamē
poſſeſſoriū iudicium tenet.C.qui legi.perſonā.l. momētanee.qđ
maius eſt q̄ ꝙ procedatur lit.non conteſta. Item pro hoc qꝛ ra
tione

tione possessionis in contumaciam rei in petitorio ꝓcedit lit. nō
conte. ī. de dā. infect. l. si finita. §. alia. ⁊ l. pretoris officium. ⁊ cōi
diui. sed si res. ⁊ vide in Spec. de petitorio ⁊ possessorio circa fin.
ver. in summa. ⁊ xxx. q. vltima. c. iudicantē. ¶ Multa etiaȝ alia
ad hoc allegat ⁊ ad contraria respōdet que cā breuitatis omit
7 to sed ad eius opus recurrat. ¶ † Tangit etiam longe et diffuse
an a sñia lata qd quis nō retorqueat possit appellari. post mul-
ta allegata pro ⁊ cōtra tenet qd non possit appellari: qꝛ restau-
rari pōt illud grauamē in diffinitiua vel in appellatiōe a diffi-
nitiua. secus si pronunciaret eū torquendū qꝛ illud nō posset re-
staurari: ⁊ ideo tunc pōt appellari, vt. C. quo. ap. nō recip. l. ante
sententie. vbi de hoc. ⁊ dixi de re iud. l. qd iussit. ad hanc questio-
nem multa allegat pro ⁊ cōtra que ex certa scientia omitto cau-
sa breuitatis ⁊ quia non est propria materia huius. l.

1 ☞ Curandū est de minimis cum agitur de iure communi.
2 Res non efficitur inempta pro modico.
3 Filius non reuocatur in potestate pro leui offensa.
4 Tutor modicam pecuniam pupilli deponere non tenetur.
5 Tutoris satisdatio ratione modici patrimonij non requiritur.
6 Judices superiores pro modica causa adiri non debent.
7 Libertus pro modica offensa reuocatur in seruitutem.
8 Impetrans tenetur facere mentionem de modico beneficio.
9 Pignus pro minimo credito distrahitur.
10 Transactio super alimentis minimis fieri non potest.
11 Possessio magna pupilli non dȝ alienari ꝓ modico debito.
12 Modicum pretium datum pro furto infamat.
13 Modicum quod non est dicitur grande.

SCio. Propter minimū dānū nō datur restō. h. d. ⁊
ad hoc sepe allegat. Et intelligo minimū re-
spectu eius de quo agitur. Jac. bu. Et gl. hic tāgit istd
brocardicū an de minimis sit curādū. ⁊ alle. pro arg. cōtrario. ī.
de dā. infe. l. si ꝓprietari⁹. in fi. primi rñsi. vbi de hoc satis bñ dixi.
1 ¶ Et dic ꝙ regula est ꝙ etiā de minimis curat † cum agitur de
iure cōi, vt. d. l. si ꝓprietarius. de cōiungēdis cū eman. lib. l. j. §. il
lud. de pig. act. l. si necessarias. in prin. ⁊ vt in pos. le. l. quamuis.
Fallit in. l. idē serui. ī. de edil. edic. ⁊ vide Azo. in summa eo. ti. §.
itē nec distinguo. Et rō quare fallit in. d. l. itē si serui ⁊ alijs duo
bus casib⁹ se. est ꝓpter vsum rei quē habebat faciens expensas
q̄ expense cū vsu cōpensantur. cōmo. l. in rebus. §. possunt. vbi de
hoc no. ⁊ dixi. Et de impēsis in reb⁹ dotalib⁹ fact. l. oīno. Si ꝓo
agitur de iure spāli: tunc de minimis nō curatur, vt hac. l. ⁊. ī. de
do. l. si oleum. §. j. de hoc dixi. Et de hoc vide quod not. per Ar-
chi. bene extra de ele. qꝛ sepe. lib. vj. in vlt. gl. vel dic aut agitur de
iure cōi ⁊ de modicis curatur vt dictum est. Fallit vbi opere cū
expensis modicis cōpensantur, vt commo. l. in reb⁹. §. possunt.
⁊ ibi in gl. ⁊. §. fi. vel cū fructibus perceptis ex re in qua est expen
sum, vt. d. l. oīno. de impensis. Itē fallit rōne odij, vt. d. l. si oleuȝ.
⁊ l. seq. ¶ Sed contra hoc qꝛ etiam pro furto vnius oui datur
actio furti, vt insti. de re. diui. §. gallinarū. vbi de hoc. Si ꝓo agi
tur de iure spāli tūc de modicis nō curat vt dictū est. Sed licet
hec. l. sic cōiter intelligatur ⁊ allegatur ꝙ pro minimo dāno nō
restituatur minor. pro qua facit. C. si aduer. ven. pig. l. j. ⁊ not. in
l. ij. in gl. magna. no. etiam. ī. de min. l. ⁊ si sine. §. j. in vltima glos.
que incipit vt hic, vt. l. interdū. in glo. magna tamen Andr. hāc
l. nō sic indistincte intelligit sed fm ꝙ litera iacet. s. ꝙ si fiat pre-
iudicium maiori rei vel summe tunc pro minima re vel summa
nō detur restitutio. ⁊ hoc est fauore minoris. als si preiudicium
nō fiat maiori rei vel summe etiā pro minimo damno dat resti-
tutio a contrario sensu hui⁹ litere post fortissimū, vt. l. j. §. huius
rei. s. de offi. eius cui manda. est iurisdi. ⁊ qꝛ etiam in lucro resti-
tuit minor, vt. ī. d mi. l. deniqȝ. §. si quid. l. ait pretor. §. pe. ⁊ fi. ⁊. l.
⁊ si sine. §. j. ⁊. l. nō omnia. ergo fortius in damno quantūcunqȝ
minimo. arg. C. de iur. delib. l. fi. §. licentia. ⁊ de codicillis. l. fin. et
hunc intellectū Andr. verū credo ⁊ pro hoc in summa Azo. de
predijs minorū. §. si vero decretū. ¶ Ad materiam istam facit
qd modica res nō inducit simoniā extra de simo. c. et si qōnes. ⁊
modicum damnū de facili toleratur. xij. qō. ij. c. bone. ī. locati. l. si
a merces. §. vis maior. ¶ Iteȝ propter modicū[a] non efficitur res
2 † inempta. ī. de contrahen. emp. l. res bona fide. ⁊ ibi in glos. ⁊ de
hoc etiam tangitur per Roff. de off. iud. quo datur restitutio. §.
itē queritur. facit etiā ad predicta. ī. de ijs qui bo. cede. pos. l. is
3 qui bonis. ¶ Item pro leui offensa non reuocatur filius † in po
testate. C. de ingratis liberis. l. j. nec reuocatur modica donatio.
ī. de do. inter vir. ⁊ vxo. l. sicut nec damnatus de modica iniuria
infamatur extra de re iud. c. cū te. nec pro leui inimicitia quis re
pellatur a legato. ī. de adi. leg. l. iij. §. fi. nec ā tutela. instit. de excu.
tuto. §. si inimicitie. nec a procuratore. s. de procura. l. filiussa. §.
fina. nec ab arbitro. ī. de arb. licet. nec pro leui offensa reuocatur
4 donatio. C. de reuocan. don. l. fin. ¶ † Item tutor modicam pe-
cuniam pupilli deponere non tenetur. ī. de admini. tuto. l. ita au
tem. in prin. ⁊ ep̄s potest alienare modicā rem ecclesie. xij. q. ij. ter
rulas. ¶ Itē ratione modici patrimonij nō requiritur satisda-
5 tio † tutoris. de legi. tut. l. legitimos. ⁊ ad hoc qd de modicis nō
curetur optime facit. ī. de pig. act. l. si quis in pignore. §. fin. vers.
plane. ¶ Item pro modica causa non debent adiri supiores iu
6 dices †. ij. q. vj. c. anteriorum. §. illud. ¶ In contrarium qꝛ pro
7 leui ⁊ modica offensa reuocat libertus † in seruitutem. C. de lib.
⁊ eo. lib. l. ij. Item qd dicitur de maximis nauibus intelligitur
etiam de paruis. ī. nau. cau. sta. l. j. §. de exercitori. Item de modi
8 co beneficio tenet impetrās † facere mentionē extra de rescrip. c.
si proponente. ⁊ vide ibi bene in glo. ¶ Itē pro minimo credito
9 distrahitur pignus †. C. de distra. pig. l. quādiu. Itē nō pōt fieri
10 transactio † super alimentis etiā minimis. s. de trans. l. cum hi.
§. si in annos. ¶ Itē propter modicū debitum pupilli nō debet
11 alienari magna possessio † pupilli. ī. de reb. eo. l. magis puto. §.
item pretor. Itē tenetur peti. her. etiā qui minimam rem possi-
det. ī. de peti. he. l. iiij. ⁊. l. regulariter. Et pro modica administra
tione tutor gessisse videt. ī. de adm. tu. l. ita autē. §. gessisse. Et qui
12 modicū † pretiū dedit pro furto infamia. no. s. de ijs qui no. infa.
l. j. §. pactionē. Et pro modica re deponitur prelat⁹ ab ecclesia.
xxij. q. iiij. c. quicunqȝ. ⁊ de symo. c. ꝑ tuas. ¶ Collige ergo ex pre
13 dictis qd illud qd non est modicum † dicitur magnum seu gran
de. ī. de mino. l. fures. pupillaris ⁊ magna capitis diminutio dr
que non est minima. ī. ad treb. l. j. §. proinde.

1 ☞ Perdidisse rem nō dicitur qui ad eaȝ restitui pōt: nec vide
tur esse res in illius possessione vel bonis cui potest ob restitu-
tionem auferri.

1 NEmo videtur. † Pro declaratione hu-
ius. l. vide qd no. ī. de reg.
iur. l. qui in actionem. ⁊. l. minus. nec videtur res esse in
bonis eius cui pōt per restitutionē auferri. ī. de leg. j. l. non quo
cunqȝ. §. j. Et facit ista. l. qd impetrans beneficium ecclesiasticuȝ
teneatur facere mentionem de literis quas hȝ ad beneficium va
caturum alias non valeat eius impetratio. de hoc vide qd ple-
ne no. per Jo. an. in nouella. de regu. iur. c. ignorantia. lib. vj. vbi
tȝ ꝙ mentionem facere tenetur per. c. in nostra. de resc. ⁊ de ꝓbē.
c. quāuis. lib. vj. ⁊ dixi. ī. de reg. iu. d. c. ignorantia. ⁊ not. qd dicit
glo. de prescriptione ficti dominij.

1 ☞ Beneficium restitutionis transit ad heredes ⁊ ceteros suc
cessores vniuersales quia est in rem.
2 Transitoria ad singularem successorem transire possunt ad vni
uersalem sed non econtra.
3 Priuilegium predecessoris an ⁊ quo casu transeat ad succes-
sorem.
4 Posteritas dicit in eos de familia non in extraneos.

1 NOn solum. Beneficiū † restitutionis est in
rem: ⁊ ideo transit ad vniuersita a
tis successorē vt hic ⁊ ad singularē, vt. ī. de mino. l. qd si
minor. Jaco. but. ⁊ no. per Jaco. de rauen. ī. ex quib. cau. maio.
l. necnō. §. exēplo vbi de hoc tetigi. ⁊. ī. de iureiur. l. etiam si in rē.
Et diuide in duas partes in prima dictum in genere. in secunda
illud probat per exempla. secunda ibi, siue igitur. Non obstat. ī.
de priuile. credi. l. pater. ij. responso. vt ibi not. ¶ Ibi, in seruitu
te redigatur ex causa ingratitudinis quod esse potest, vt. ī. de tu
te. l. si arrogati. ⁊ ibi in glo. Item not. quod dicit glo. de questio
ne de puncto de quo vide. ī. quod metus causa. l. sed re peritus.
2 §. iulia. quod nescio alibi. ¶ † Item not. quod quecunqȝ trans-
eunt ad singularem successorem transeunt ad vniuersalem sed
non econtra. vt hic, et. ī. de ma. testa. l. ex pluribus. Et vide quod
de isto beneficio resti. quomodo transeat ad successorem maio-
rem ⁊ minorem dixi. C. de tempo. in integ. restitutio. l. ea que. cir
3 ca finem. ¶ Et vt plane liqueat an priuilegium † predecessoris
transeat ad successorem dic aut conceditur priuilegium a lege
mortua aut a viua. Si a lege mortua et tunc aut conceditur at
tenta naturali equitate et transit ad heredes vt hic ⁊ in benefi-
cio velleiani, vt. C. ad velleia. l. heredes. aut est concessum fauore
persone tantuȝ non attenta naturali equitate vel ratione ⁊ non
transit ad heredes vt patet in priuilegio quod datur pupillo in
actione tutele. vt. ī. de priuileg. credito. l. dabimus. ⁊ de admini-
stratio. tuto. l. ex pluribus. Fallit in priuilegio quod datur ma-
rito vt condemnetur inquantum facere potest quod datur here
di suo non extraneo. ¶ Iteȝ fallit in priuilegio quod datur mu
lieri vt preferatur alijs pro dote quod similiter transit ad here-
dem suum. Et ideo est quia fauor istorum priuilegiorum datur
coniugibus ratione liberorum: ergo multomagis ipsis liberis.
ī. solu. matrimo. l. etiam. §. j. vbi de hoc. et. l. maritum. in fin. ⁊. C.
qui po. in pig. habe. l. assiduis. Aut queritur de priuilegio con-
cesso per. l. viuam. id est per principem tunc aut concedit alicui
simpliciter ⁊ eo mortuo extinguitur priuilegium, vt. ī. de regu.
iur. l. priuilegia. vbi de hoc no. ⁊ dixi ⁊ not. per Dy. ⁊ alios eo. ti.

a ¶ Modicuȝ. Adde ꝙ modicū tēpus dr decez dierum. Bar. hic ⁊ in l. si peculiū. §. fi. de statulib. qñqȝ ꝑ. xx. diebus. l. j. de iti. actuqȝ. qñqȝ ꝑ nouē annis Bald. in. l. iube m⁹. C. de sa. san. ecc. Ang. ī. l. si filio. §. fi. sol. matr. ⁊ qd de modico nō sit curandū vide glo. in. l. rebus. §. possūt. ff. cōmo. Gul. Dyn. Ray. et doc. in. l. si proprietari⁹. ⁊ ibi gl. de dā. infec. glo. in. c. pe. de resc. ⁊ ibi Guido pape et q̄ ibidem apostilaui in. c. reuera. de conse. distinc. ij. Car. in proe. clement. in princ.

c. priuilegium personale. ⁊ c. si quis in ius succedit. li. vj. Aut cō
ceditur alicui ⁊ successoribus suis tunc refert de modo loquen-
di: quia aut sibi ⁊ posteritati sue ⁊ extenditur ad omnes ex eo de
scendentes ex linea masculina nō ex feminina: aut de iure immu
4 nitatis. l. iiij. vbi de hoc. †Et ratio est qꝛ posteritas importat eos
qui sequuntur familiam. Sed descendētes ex linea feminina nō
sunt de eius familia sed patrum suorum, vt insti. de pat. pote. in
princi. ¶ Aut conceditur sibi ⁊ heredibus suis ⁊ tunc quicūq;
sint heredes gaudent priuilegio. j. de verbo. sig. l. sciendum. vbi
de hoc. ⁊ de reg. iur. l. qui per successionem. ¶ Aut conceditur si
bi ⁊ heredi suo simpliciter: ⁊ tunc de suo proximo herede intelli
gitur. C. de vsufruc. l. antiquitas. vbi de hoc. ⁊ facit ad predicta.
C. de leg. l. in annalibus. ⁊ quod dixi. C. de episco. et cleri. l. j. ⁊ de
non nu. pec. l. tam mandatori. ¶ Ex lege sequenti que continua
tur cum ista not. ⁊ vnum pulcherrimū quod sepe allegatur sci
licet quod principale tantum attenditur ⁊ non accessoriū vel cō
secutiuum illius: dū dicit qꝛ non adipiscende hereditatis ⁊c. ⁊ ꝑ
hoc. j. de acqui. here. l. pro herede. quando tamen attenditur cō-
secutiuum. j. tit. j. l. recte. ⁊ ibi dixi. ¶ Quod inducit Andre. ad
duas questiones. ¶ Prima est quidam accusatus erat de cri-
mine ex quo debebant bona publicari: lite contestata alienauit
rem suam pro quinquaginta. fiscus ab emptore petit rem illam
⁊ tantundem dicens qđ res vendita erat litigiosa per. l. vlt. C. de
litigiosis. ¶ Ipse tenet qđ fiscus hoc petere non possit per istā
l. qꝛ questio non erat principaliter super bonis sed super crimi-
ne. ⁊ sic questio bonorum que est accessoria et consecutiua non
attenditur, vt. j. de accu. l. ex iudiciorum. ⁊ si reus vel accusator
mortuus fuerit. l. fi. ⁊ ideo res non dꝫ dici litigiosa. ⁊ pro hoc. C.
de litigi. aut. litigiosa. ¶ Predicta vera nisi alienatio foret in
fraudem facta vel pene suspiciōe de quo plene no. ⁊ dixi. j. de do
na. l. post contractum. ¶ Secunda questio est: statuto cauetur
qđ de omni sextario frumenti quod venditur vel de omni plau-
stro vini soluatur certum quid pro datio. quidam vendidit fun
dum in quo erat frumentum ⁊ vue mature: nunquid debeat sol
uere datium? videtur qđ sic, arg. j. de contrahen. empt. l. fistulas.
§. que frumenta. ⁊ de verbo. sign. l. frugem. ⁊ qꝛ frumentū cedit
in venditione. j. de actio. emp. l. iulia. §. si fructibus. ¶ Contra-
rium tenet per rationem predictam qꝛ non attenditur accesso-
rium sed principale et arg. de leg. ij. l. si quod ex pamphila. qꝛ ta-
les fructus sunt pars fundi. j. de rei vend. l. fructus. et solū tanq̄
principale inspici dꝫ. j. de impen. l. fi. ⁊ de pec. l. si duobus. in fin.
non enim videtur separata venditio fundi et fructuum sed vna
fundi cum fructibus. j. que in frau. credito. l. fi. ⁊ facit quod not.
de leg. j. l. non quocunq; modo. §. iul. ⁊ locati. l. sed addes. §. si qs
mulierem. And. ⁊ Gul.

1 ☞ Cōtumax veniens iudice sedēte ꝑ tribunali restituitur ad
appellandū: silr si dolo aduersarij vel absq; sui culpa abfuerit.
2 Uerus contumax nō hꝫ beneficium appellationis nisi dolꝰ ad
uersarij interueniat.
3 Contumacia multipliciter consideratur.
4 Uerus contumax dicitur qui dixit nolo venire: fictus autē qui
vocem preconis non audiuit.
5 Citatus personaliter nihil r̄ndens an dicatur vere contumax.
6 Uerissimus contumax quis dicatur ⁊ an appellationis reme-
dio gaudere debeat.
7 Citatus cōparens solummodo iudice sedente ꝑ tribunali an re
stituatur ad totam causam an solum ad appellandum.
8 Tempus ad appellandum datum non currit ignoranti senten
tiam latam.
9 Absens causa probabili quemadmodū est scholaris venit con
tra sententiam contra se latam restituendus.
10 Absens causa necessaria ⁊ non probabili queādmodum est re
legatus an restituatur ad appellandum a sentētia contra se ab
sentem lata.
11 Absens litigaturꝰ tenetur procuratorem dimittere tam ꝑ cau-
sis inchoandis quam inchoatis.
12 Absens ex contumacia dupliciter consideratur.
13 Solennia iudicij, id est substantialia non sunt immutanda nisi
equitas in contrarium suggerat.
14 Presumptio vna tollit aliam: puta presumptio contra aliquē
tollitur per eius sacramentum.

a ¶ Diuus. ad a de qđ iste text. i est singularis ſm doc. hic.

DIuus. [a] Pulchra lex que alibi nō ē. ¶ †Et
ex hac. l. plura vtilia colligunt̄ ad que
continue allegatur. primum est qđ ꝯtumax si veniat
iudice sedēte pro tribunali restituitur. quod qualiter
intelligendum sit. j. plene subüciam. ⁊ vide extra de sententia et
re iud. c. cum bertol. cum ibi notatis. ⁊ de testibus. c. ij. in glos. si
enim non potest. ¶ Et pro declaratione totius. l. vide qđ not. et
dicam. j. l. proxi. ¶ Et diuide in duas partes. in prima venit cō-
tumax iudice sedente pro tribunali. ¶ In secunda postea. secū-
2 da ibi, nec iniuria. ¶ †Et secundum communem lecturā. h. d.
vere contumax non appellat nisi veniat iudice sedēte pro tribu
nali non postea nisi dolus aduersarij intercedat. ¶ Secunda
etiam lectura quod loquatur de ficte contumace potest saluari
vt. j. patebit. ¶ Secundo quod vel facile ex solennibus est mu-
tandum. ¶ Tertio quod vna presumptio tollit aliā qđ etiam
statim declarabo. ¶ Quarto quod deceptus sine culpa sua et
dolo aduersarij restituitur: quia etiam actio de dolo ei daretur
⁊ melius restitutionem est concedi quam actionē famosam intē
di ad quam decurrendum est cum alteri remedio locus non est
⁊ iste est effectus huius legis. ¶ Literam expone ibi rem expo-
nit glos. j. causam sic. C. de edendo. l. is apud quem. vbi de signifi
cato huius dictionis res, dixi ⁊ plenius in alphabeto dictione
res. ¶ Ibi, ⁊ si vel. Not. pulchrum textum ⁊ non obstat. s. de ne
go. gest. l. actio. ⁊. C. de formu. per totum, vt not. j. de reg. iur. l. et
si nihil. ¶ Item non ob. j. de ven. inspicien. l. j. in fin. quia ibi so-
lennitas leuis ⁊ non necessaria vt ibi patet. Ray. Ibi confestim
not. etiam hunc tex. ⁊ dic anteq̄ recedat a bancho, vt no. j. de ap
pel. l. ij. Ibi, pro tribunali sedente. not. de tribunali de quo. dixi
s. de iustitia ⁊ iur. l. pen. Ibi, restitui potest de equitate ad totā
causam. ⁊ sic salua opin. Azo. vel ad appellandum secundū le-
cturam. Joan. Ibi, nec intra has licet gloss. aliter referat hunc
text. referas ad proxima hoc modo: videbatur solum illa causa
subesse quasi parum exaudita voce preconis sed est ⁊ alia vt se-
quitur. Ibi, non potest non obst. j. de fur. l. tutor. vt ibi notatur
et vide Archidia. extra de preben. c. non potest. lib. vj. ¶ Redea
mus ad declarationem primi scilicet quomodo restituatur con-
tumax si veniat iudice sedente pro tribunali. ¶ Circa quod est
3 sciendum q̄ aliquando dicitur quis vere contumax †aliquando
ficte. ⁊ de hoc sunt varie opi. que plene notantur per Joan. an.
in clemen. de dolo et contuma. c. j. et plene dixi. C. de iudi. l. prope
randum. §. sin autem reus. versicu. cum autem eremodicium.
versicu. ex predictis insurgit. Sed quantum ad presens dic ſm
Jaco. butri. q̄ vere contumax secundum omnes dicitur qui di-
4 xit, nolo venire. †ficte contumax qui vocem preconis non audi-
uit sed citatus fuit ad domum: nam presumptio est quod fami
lia sua vel vicini sibi notificauerint. j. de oper. no. nuncia. l. de pu
pillo. §. si forte. dubie contumax est qui citatus personaliter nō
respondit. in hoc tamen est opin. vna. gloss. dicit qđ talis habe-
tur pro vero contumace nisi probet iustam causam impedimen
ti. hoc tenet glo. j. de app. l. ex consensu. §. fina. Sed hanc gl. im-
probat ipse Jaco. ratione tali: minor aduersus verum dolū nō
restituitur. C. si aduer. delict. l. j. ⁊. ij. ⁊. j. de mino. l. auxilium. §. in
delictis. sed si iudex precipit minori quod edat instrumēta ⁊ nō
edit datur ei restitutio, vt. s. de eden. l. j. in fi. vbi de hoc tetigi. Et
pro hoc patet quod non est in vero dolo nec vere cōtumax quia
5 non restitueretur vt dictum est. †Et sic non sequitur quod cita-
tus personaliter qui non respondit sit vere contumax. pro hac
opinione etiam facit. j. de regu. iur. l. non videt̄ dolo carere. vbi
loquitur de vniuersitate citata que tacuit et dicit quod non vi-
detur dolo carere. et dictio videt̄, est nota diminutiōis ⁊ impro
prietatis quasi dicat non est in vero dolo nec vera contumacia
vnde ipse Jaco. tenet q̄ vere contumax dicatur solum ille qui ci
tatus dixit se nolle venire: bene tamen confitetur quod de facto
seruatur etiam q̄ vere contumax dicatur qui personaliter inuē
tus ⁊ citatus nihil dixit sed non comparuit. ⁊ ita tenet gloss. j.
quando appel. sit. l. j. §. fi. vnde Jaco. de are. et multi alij moder-
6 ni faciunt tria membra. ¶ †Dicunt enim quod quidam est ve
rissimus contumax si ille qui citatus et inuentus dixit nolo ve-
nire. ¶ Alius est vere contumax qui inuentus et citatus di-
xit bene veniam. vel nihil dixit. tertius est ficte contumax q nō
est personaliter citatus sed ad domum. ¶ Sed ad quid ꝑdest
ista scire? quantum ad declarationem huius. l. dic qꝛ aut est ve-
rissimus contumax qui repertus dixit nolo venire: ⁊ talis nūq̄
restituitur nec ad appellandū nec ad aliud etiam si veniat iudi-
ce sedente pro tribunali, vt. j. de re iudi. l. contumacia. in princ. ⁊
§. contumax. de iudic. l. ⁊ post edictum. in fine. ex quibus causis
in pos. ea. l. fulcinius. §. fi. ⁊ quod ibi in glo. not. lꝫ Jo. dixerit eū
restituendum si veniat iudice sedente vt hic in gl. no. eius tamē
opi. non seruatur si est vere contumax qꝛ dixit se venturum vel
nihil dixit, si veniat iudice sedente pro tribunali restituitur ad
appellandum. ⁊ sic intelligitur. l. ista. ⁊ si fraus aduersarij inter
uenit auditur etiam si non veniat iudice sedēte: vt in vltimo re-
sponso huius. l. Si autem fuit ficte contumax qui nō fuit inuē-
tus sed citatus ad domum talis audit̄ suo iure appellans sine
aliqua restitutione, vt. d. l. j. §. fi. qñ app. sit. Et ita de facto cōmu
niter seruat̄ i iudicijs. lꝫ ⁊ alie opi. circa hoc sint, quas plene no
taui. d. l. properandum. §. sin autem reus. vers. cū autē eremodi-
cium. ⁊ not. per Joan. an. d. c. j. in clemen. de dolo ⁊ contu. ¶ Ex
predictis quidā praui aduocati faciunt talem malitiam: quia
suadent

suadent clientulis suis qd dn̄ citantur ad sententiam audiēdā non veniant nisi ea lecta ⁊ tunc veniant iudice adhuc pro tribunali sedente ⁊ petant se restitui ad appellandū per hanc.l.et ista causa restitutionis dabit cū cause cognitione,vt.§.eod.l.oēs.et sic poterit durare vsq; ad quadriennium,vt.C.de temp.in inte. resti.l.fi.⁊ sic protelant causam ⁊ data restitutione ad appellandū appellāt intra decē dies qd possunt.sed cautus aduocat⁹ partis aduerse ꝯ talē malitiā ⁊ fraudē remediū adhibet ⁊ dicit iudici dn̄e plz pti mee ꝙ statim eū restituatis ad appellandū si vult. ¶ Et tunc iudex statim eum restituet ⁊ necesse habebit appellare intra decem dies ⁊ sic non poterit litē protrahere.Mar.sil.⁊
7 Ja.bu. ¶ †Ex predictis insurgit questio an iste qui venit iudice sedente pro tribunali restituatur ad totam causam an solū ad appellandum.glo.sic tenet qd ad totam causam ⁊ sic videtur qd prosit sibi contumacia sua plusꝙ si veniret quia si veniret solum appellaret hic autem ad totam causam restituitur. ¶ Sed intellige glo.qd restituat̃ ad totā causam id est recipiat̃ ⁊ admittatur in eo statu in quo fuisset si non fuisset contumax vt perinde possit proponere exceptiones ⁊ iura sua ac si sententia lata non esset non autē qd tota causa debeat rescindi.ad qd ff.de appel.l.si expressim.cū sua gl.⁊ hic dū dicit bom ꝑtoris ⁊c.⁊ per hoc.ff.de mino.l.fin.que in fraudem creditorum.l.ait pretor. §.si conditionalis.⁊ ad velle.l.debitrix.§.fina.Gul.⁊ dicam.ff.l. proxi. ¶ Uel aliter distinguas vt in glo.fm opi.Jo. ¶ Uel distingue plenius aut quis est absens reipub.causa ante litem cōtestatam ⁊ condemnatur diffinitiue ⁊ talis sententia est ipso iure nulla.C.de temp.app.l.fi.§.illud.de his qui ad eccl.confug.l. fi.§.cum autem.⁊ ibi in glo. ¶ Nec potest sibi imputari ꝙ procuratorem non dimiserit ñ erat absens reipublice causa quia in causis inchoandis nō tenetur procuratorem dimittere, vt ff.cū qui appellauit in ꝓuincia defendi debere.l.j.et.ij.aut cepit abesse causa reipublice lite contestata. ¶ Tunc aut est defensus ꝑ procuratorem legitime,aut non.si sit reuersus restituitur ad appellandum,vt.ff.l.proxi.in fin.si nō defenditur legitime tunc refert aut nō potest sibi imputari quare defensus non sit et restituitur ad totam causam vt qz ita subito eū oportuit abesse qd non potuit dimittere procuratorē vel procurator constitutus mortuus est.C.de procur.l.absentem.et.ff.ex quib.cau.maio.l.j. ¶ Aut potest sibi imputari ⁊ restituitur ad appellandū tantū
8 qz in causa inchoata debuit dimittere procuratorem.ff.de legationib⁹.l.eūdem.in fin.⁊.ff.l.proxi. ¶ †Et vbicūq; dicitur quez restitui ad totā causam multo fortius ad appellandū si hoc velit nec currit sibi tempus ad appellandum nisi qñ scit latam sententiam ⁊ tunc vel potest appellare suo iure vel restitui ad totaz causam. ¶ Et videtur scire qñ defensus est per procuratorē et tunc restituitur ad appellandum.ff.ex quib.cau.maio.l.ij.⁊ vi-
9 de in Specu.de in integ.restitu.§.diximus. ¶ †Aut est absens ex causa probabili vt studiorum que est causa probabilis,vt.ff. ex quib.cau.ma.l.necnon.et lit.contest.cum eo quia alias sentētia nulla esset,vt.§.dixi:⁊ tunc distingue quia aut est legitime defensus per procuratorem et non restituitur etiam ad appellandum sed habet actionem mandati contra procuratorem.ff.quādo app.sit.l.j.in fi.aut non est defensus et restituitur ad appellādum,vt.ff.ex quib.cau.maio.l.necnon.qz nō inuenitur prohibi-
10 tum,vt ea.l.necnon.§.sed ꝙ eis. ¶ Itez qz absens †causa necessaria ⁊ non probabili vt relegatus si non est defensus restituit̃ ad appellandum,vt.ff.de mino.l.papi.exuli.ergo multo fortius ille qui abest ex causa probabili et honesta.predicta vera si non potuit dimittere procuratorem:vel dimisit sed mortuus est.
11 ¶ Omnes enim absentes†tenentur dimittere procuratorem quando recedunt tam pro causis inchoandis ꝙ inchoatis excepto illo solo qui abest reipublice causa qui solum in causis inchoatis tenetur procuratorem dimittere vt probatur vtrunq; ff.eum qui appellat in prouincia defendi debere.tit.j.et.ij.et.d.l.
12 eundem.de leg.in fi. ¶ †Si autem est absens per contumaciam aut verissimam aut veram aut fictam,vt.§.dixi.⁊ vide in Spec. de contumacia.versicu.vere contumax.et ver.seq. ¶ Et de alijs absentijs notatur in glo.ff.l.proxi.⁊ ibi dicam vbi eque bene caderet ista distinctio. ¶ Querit Guid.de suza.quia hic dicitur ꝙ si veniat iudice sedente pro tribunali quod sibi subuenitur. ¶ Quid si iudex iam recesserat a bancho sed venit statim post recessum:nunquid sibi subuenietur.dicit quod sic qz ea que statim fiunt videntur inesse.C.de pac.l.petens.⁊ si cert.peta.l.lecta. Contrarium vidi seruari inherendo huic litere que non sine misterio voluit eum venire debere iudice pro tribunali sedente crederem bene ꝙ si iudex malitiose recessisset a bancho ante horam consuetam vel recessisset et statim redijsset quod cause succurreretur quasi recessisse non videatur quod in breui reuertit̃. ff.de repud.l.iij.⁊ quia sedere debuit iudex vsq; ad horam cōsuetam in aut.de iudi.§.sedebunt. ¶ Et bene facit.l.ista ad.q.quā de facto habui.Statuto cauetur ꝙ quilibet cōsiliarius qui nō fuerit ad concilium quando pulsabitur condemnetur in sol.centum.aliquis venit ad concilium in fi.concilij anteꝙ reformatū esset nec recessisset concilium:nunquid debeat condemnari.ob tunc quod non per.l.istam.Et ita tenet Archid.de episcopo vocato ad concilium ꝙ si veniat saltem in fine concilij quod non puniatur.xviij.dist.c.si quis episcopus alias si quis episcoporum. ¶ Quid si citatus ad sententiam audiendam non venit sed iudice adhuc sedente pro tribunali misit procuratorem ad appellandum nunquid talis procurator audietur appellans? videtur ꝙ sic:qz sicut dominus audiretur,ita ⁊ procurator.ff.de procu.l.j.§.vsus.dic contra:quia dominus non audiretur nisi bñficio restitutionis vt hic dicit̃.ꝓcurator aūt restitutionem petere non potest nisi ad hoc habeat spālē mandatum.ff.de mino. l.illud.§.j.⁊.l.seq.Sed quid si habebat mandatū etiam ad restitutionem petendam?forsan tūc audietur ratione predicta.Quidam tamen dicunt qd non quasi malitiose versatus sit.arg.C. de dolo.l.dolum.Et qz sicut misit istū procuratorē ad appellandum ita mittere potuit ad totam causam.extra de dolo et contu.cum dilec.Et qz iste tex.dicit ei succurrendum vbi euidēs eqtas poscit.hic autem nulla subest equitas subueniendi cuz nulla iusta causa eum excuset.⁊ restitutio causa cognita dari debet vt.§.eo.l.omnes. ¶ Sed nunquid hoc ipso ꝙ quis venit iudice sedente pro tribunali dabitur sibi restitutio?an habebit necesse probare aliquā iustā causam puta qd habebat testes vel instrumenta vel aliquas iustas exceptiones quas produxisset?litera ista videtur innuere qd aliquā iustā causam debeat probare dū dicit vbi equitas euidens poscit ⁊c.Et qz cā cognita oēs restitutiones dantur,vt.§.eo.l.oēs.contrarium seruatur ⁊ hoc ipso qd venit iudice sedente pro tribunali est iusta cā restitutionis.⁊
13 hoc indicat litera sequens in ver.itaq;. ¶ †Transeo ad declarationem secundi scꝫ qd ex solennibus non est facile quid mutādum.Glo.tenet qd ex solēnibus nihil est mutādū nisi equitas suggerat cōtrarium.Alij dicunt qd nihil est facile mutandū ex solennibus id est substantialibus vt hic cuz concor.sed leuis solennitas omitti potest ⁊ omissa non vitiat,vt.ff.de ven.inspi.l.j. §.fin.vbi de hoc satis dixi.Et ad predicta concor.quod dicit̃ nihil de contingentibus omittendum extra de iniur.c.vlt.in fin.⁊ vbi solennitas iuris omittitur nō valet qd agitur extra eo.c.cōstitutus.Et vide in brocardis Azo.vj.parte.rubrica de solennibus.⁊ in libello Py.iij.charta. ¶ Transeo ad declarationem
14 tertij qd vna presumptio†tollit aliam de quo dic vt in gloss.Et de istis presumptionibus,vide extra de presumpt.per totum.et per Goffre.Host.⁊ Specu.eo.ti.⁊ plene dixi.C.de proba.l.siue possidetis.⁊ no.ff.tit.pri.l.fi.Item si est presumptio contra aliquem purgatur ⁊ tollitur per eius sacramentum.no.in glos.pe. extra qui ma.accu.pos.c.cū in tua.quod est not.⁊ pro hoc extra de iureiur.c.fi.et.C.de his qui ad eccl.confu.l.presenti.§.sicubi. ¶ Quartum satis patet ex glosis.

1 ¶ Minores legitime defensi restituūtur ad totaz causam:absentes vero ex iusta ⁊ probabili causa tantum ad appellandum restituuntur.⁊ nu.6.
2 Minoris lesio versatur in cause cognitione.
3 Defensio legitima que ⁊ quando dicatur.
4 Restitutio ad totā causam reddit sententiam nullam redditq; causam ex integro examinandam ac si non fuisset processum.et quid si restitui ad appellandum.
5 Restitutio et appellatio in quo equiparentur.
6 Sentētia sine litis contestatione lata est nulla.
7 Absentia mltipliciter in materia restitutionū venit ꝯsiderāda.
8 Minori non datur restitutio contra rem publicam nec filio cōtra patrem.
9 Absens reipublice causa an ad totam causam debeat restitui an tantum ad appellandum.

1 Inter minores.†Pulchra lex pōit differentiā inter minores defensores ⁊ reipublice cā absentes.minores eñ defensi restituunt̃ ad totā causam.absentes vero reipub.cā defensi restituuntur solum ad appellandum.⁊ vide qd dixi.§.l.pri. versi. vel aliter distinguas. ¶ Et non ob.ff.de min.l.⁊ si sine.vt ibi no. ¶ Ibi,causa cognita facit.§.eo.l.oēs.⁊ in cause cognitiōe ver-
2 satur lesio†minoris,vt.ff.de iureiuran.l.nam postea.§.si minor. ¶ In fi.ibi permittit̃ post decē dies,alias non posset appellare de iure cōi cū procurator suus non appellauerit.ff.qñ app.sit.l. j.§.fin. ¶ Circa declarationem textus quero qñ quis dicatur
3 legitime defensus.†dic qd si est minor quando defensus est per tutores vel curatores in principio medio ⁊ fine cause.secus si nō fuit in princi.licet postea affuerit:qz lis debuit legitime inchoari.C.qui dari tuto.possunt.l.in vniuersis.et no.⁊ plene dixi.C.si

aduersus rē iudicatā.l.cū ⁊ vos minores.⁊ qūo et quādo iud.l.
si preses.maior autē dꝛ legitime defensus qñ defenditur in tota
causa per procuratorē sufficientē.C.de procur.l.qꝛ absente.⁊ de
adul.l.quāuis indubitati.¶ Item quero quid est restitui ad to
4 tam causam† ⁊ quid ad appellandum.dic qđ si restituor ad to⸗
tā causam perinde est ac si nulla foret lata sñia ⁊ tota causa exa⸗
minatur ex integro.¶ Credo tñ ꝙ restitui debeat ad causam in
eo statu in quo erat ita qđ possit iura sua ⁊ exceptiones propone
re ac si sententia lata nō esset,vt dixi.ṡ.l.prox.ver.ex predictis in
surgit questio.ille autem qui restituitur ad appellandum resti⸗
tuitur ad hoc qđ appellare possit intra decē dies,vt.C.de appel.
aut.hodie.⁊ prosequi ipsam appellationē secundum formā au⸗
thentice eo.qui appellat.C.de tempo.app.¶ Quidam tamē di
cere voluerunt qđ qñ iudex restituit ad totam causam quod de⸗
beat pronunciare totum oppositū eius qđ pronunciauit prim⁹
iudex qꝛ restitutio et appellatio equiparantur sed iudex appella
tionis hoc facit si sententia est iniusta ergo ⁊ iudex restitutiōis
quod non puto verum vt predixi sed solum hꝫ rescindere primā
sententiam ⁊ reponere in statum pristinum.C.in quib.cau.in
integ.resti.non est neces.l.ij.⁊ si aduer.lib.l.ij.¶ Non ob.quod
5 restitutio† ⁊ appellatio equiparentur qꝛ fateor quod equiparā⸗
tur in hoc qđ sicut appellatio suspendit alias extinguit pronū⸗
ciatum,vt.ff.ad turpil.l.j.in fi.⁊ facit de causa iterum cognosci.
ita facit restitutio data a iudice ⁊ pro hoc.j.de mi.l.qđ si minor.
§.restitutio.¶ Oppo.quod in minore non sit necessaria restitu
6 tio†per.d.l.cum ⁊ vos minores.sed illa loquitur in minore in⸗
defenso hic in legitime defenso.¶ Ad hoc oppo.qđ etiam si sit
indefensus teneat sententia,vt.j.ex quib.causis in pos.eatur.l.
apud iulia.sol.ibi in interlocutoria que bene tenet contra mino
rem indefensum,vt not.d.l.cum et vos minores.sed quomodo
potuit esse indefensus absens reipublice causa ita quod senten
tia teneat cum lite non contestata non possit ferri diffinitiua,
vt.C.de bo.autho.iudi.pos.l.cum proponas.et de his qui ad ec
cle.confug.l.fin.§.cum autem.sol.dic quod cepit abesse post lit.
contesta.vel fuit defensus per procura.vsqꝫ ad cōtest.⁊ ideo po⸗
tuit ferri diffinitiua.item opp.quod distingui debeat an iste ab
sens potuerit dimittere procura.vel non,vt.j.de mino.l.papin.
exuli.⁊ ex quib.cau.maio.l.necnon.sed ibi loquitur in absentē
ex necessaria causa tantum puta ex causa relegatiōis.hic ex pro
babili ⁊ necessaria scilicet causa reipublice.vnde distinguit aut
loquimur in minore indefenso:⁊ tunc sententia ipso iure nō tꝫ si
est diffinitiua,vt.d.l.cum ⁊ vos minores.⁊ qūo ⁊ qñ iud.l.si pre⸗
ses.Interlocutoria de mittendo bene tenet sed datur restitutio,
vt.d.l.apud iul.ex quib.cau.in pos.ea.aut minor fuit defensus
⁊ datur restitutio causa cognita vt hic aut fuit defensus vsqꝫ ad
litis contestationem:et tunc non est liquidum de causa et nō dꝫ
procedi ad diffinitiuam sed ad interlocutoriam.C.de iud.l.pro⸗
perandum.§.sin autem reus.⁊ quomodo ⁊ quando iud.l.consen
taneum.⁊ si feratur diffinitiua minor restituitur maior nō.Idē
si est liquidum de causa qꝛ minor restituitur maior non.⁊ sic mi
nor his duobus casibus hꝫ priuilegium restitutionis.In ma⸗
iore tñ distinguitur:qꝛ aut erat absens necessaria ⁊ probabili cā
vt reipublice:⁊ tunc aut fuit legitime defensus ⁊ restituitur ad
7 appellandum,vt hic aut nullo modo fuit defensus† ⁊ sententia
est ipso iure nulla qꝛ lata lite non contestata vt dictum est aut
fuit defensus vsqꝫ ad litem contestatam ⁊ postea non ⁊ tunc re⸗
stituitur ad totam causam,vt.d.l.quia absente.C.de proc.cū si.
Si autem lis esset inchoata ⁊ cōtestata cū eo tunc tenetur dimit
tere procuratorem alias non restituitur,vt.l.eundē.§.fi.j.de leg.
Si vero est absens ex causa necessaria tantū vt relegatiōis aut
fuit legitime defensus ⁊ ad nihilū restituitur.aut nō fuit defen
sus:⁊ tunc aut potuit procuratorem dimittere ⁊ non dimisit et
non restituitur.aut nō potuit dimittere vel dimisit ⁊ mortuus
est:etiam restituitur ad appellandū,vt.d.l.pap.exuli.j.de mino.
vbi de hoc.Si vero est absens ex cā volūtaria aut probabili tā
tum vt studiorū vel mercature:tūc videtur hic gl.eum equipa⸗
rare absenti ex necessaria cā tm̄ vt distinguatur potuit dimittere
procuratorem vel non.Sed in hoc cōiter reprobatur ista glo.qꝛ
siue iste absens ex probabili causa potuit dimittere procuratorē
siue non semper restituitur.Et ita tenet alia glos.que cōiter ap⸗
probatur que est.j.ex quib.cau.ma.l.necnō.in prin.⁊.l.sed ⁊ si.p
pretorē.§.j.in gl.dꝫ enim esse differentia inter absentē probabili
causa vt studiorū,vt.d.l.necnō vel mercature,vt.j.de peti.here.
l.in estimationibus.⁊ relegatū ꝓbabilis enim absentia studio⸗
rum est priuilegiata,vt.C.ne filius pro patre.aut.habita.Ergo
ista absentia dimittat procuratorē vel nō sibi nocere nō debet.
Sed relegatus abest rōne delicti ⁊ ideo ex tali absentia sentire
dꝫ penā ⁊ nō premiū,vt.ff.de interd.⁊ rele.l.relegatorum.§.si in
ter.⁊ de neg.gest.l.siue hereditaria.⁊ ideo iste tenetur dimittere
procuratorem si potest alias non restituitur,vt.d.l.papi.exuli.
Et vide qđ no.⁊ dixi.j.ex quib.cau.ma.l.sed ⁊ si per pretorē.§.j.
Sed lꝫ ista sit magnorū opi.qđ absens ex cā probabili nō tenea
tur dimittere ꝓcuratorē.⁊ dato qđ non dimittat nihilominus
restituatur:tñ pro opi.istius gl.que videt̄ sentire qđ procurato⸗
rem dimittere teneatur si potest sicut relegatus optime facere vi
detur.j.eum qui app.in prouincia defendi debere.l.ij.vbi excipi
tur solū ille qui abest cā reipublice qđ procuratorem dimittere
non teneat̄:⁊ nihil dicit de absente ex cā ꝓbabili tātū.⁊ hoc sa⸗
tis indicat.d.l.necnō.C.ex qui.cau.ma.dū dicit forte procurato
re suo defuncto.lꝫ glo.ibi teneat cōtrariū vt predixi.Et vide qđ
no.eo.ti.ex qui.cau.ma.l.is qui reipublice.⁊ de app.qui suspe⸗
ctum.§.fi.si autē est absens volūtaria causa tantū:tūc aut sine
contumacia ⁊ sententia ipso iure non tenet,vt.j.de iud.ad perē⸗
genere querele nec resti. in integrū petent nec ea vel aliqd eorum
in melius reformari nisi coram ipso arbitro. Et non impetra
bunt per se vel alium contra predicta vel aliqd eorū aliqd rescri
ptum priuilegium literas vel nunciuz ab aliqua persona eccle
siastica vel seculari ius dicente vel non de iure nec de facto ⁊ im
peratis nullo modo vtentur quibus predictas quoquo modo
possint tolli vel infringi differri vel impedire quo minus inte-
gre ⁊ effectualiter executioni mandentur vt predictum est ⁊ in
omnibus prout iacerent ⁊ sonarent ⁊ super predictis vel pro
predictis nullum adhibunt pretorem dominum vel alium ius
dicentem nec aliquam aliam personam cuiuscunqz dignitatis
condictionis vel status existat. Et ꝙ non vtentur beneficio ali-
cuius legis canonis constitutionis statuti vel cōsuetudinis vel
aliquo alio remedio quo predicta vel aliquod predictorum vi-
tiari tolli differri vel impugnari possent siue ex persona arbitri
siue ex personis compromittētium siue ex eis mixtim siue ex for
ma siue ex rebus vel causis in compromisso deductis seu qua-
cunqz alia ratione vel causa que dici vel excogitari posset sz oīa
predicta inuiolabiliter ⁊ effectualiter obseruabunt p se et suos
heredes predictos omni actione ⁊ exceptione iuris et facti re-
motis ⁊ ab eis ex certa scientia ⁊ per pactum expressum specia-
liter generaliter ⁊ solenniter prorsus remissis et renunciatis ex
causa donationis et omni alio modo quo melius valeant. ⁊ oia
predicta ⁊ qdqz eorū sortiantur effectum sub penis predictis. q̄
pena ⁊ pene totiens exigantur ⁊ committantur quotiens fieret
cōtra p̄dicta vel aliqd eorū rato manēte pacto et oibus alijs su
prascriptis. Et ꝙ de damno dispeñ. et interesse stetur et stari de-
beat simplici verbo cum iuramēto vel sine partis attēdentis ⁊
obedientis contra nō attēdentem vel nō obedientem sine onere
alicuius alterius probationis sed succedant in locum ⁊ vicē ple
nissime probationis, sed sacramentum ipsum vel simplex ver-
bum sine sacramento declaratuz in iudicio vel extra plenissimā
faciat probationē ⁊ executioni mādari debeat ac si esset senten-
tia diffinitiua q̄ transisset in vigorem rei iudicate seruato ⁊ non
seruato ordine legis a diuo pio. Et eodem modo executioni mā
dari possint ⁊ debeant omnia dicta precepta laudamenta diffi-
nitiones arbitramenta et amicabiles compositiones facte ⁊ fa
cta per ipsum arbitrum inter partes predictas pena etiam so-
luta vel non ⁊ ex ipsis oriatur actio ⁊ exceptio sicut oriretur ex
re iudicata ex speciali et expresso pacto ipsorū compromittētiū
aliquo non obstante nullo etiā tpe quadrimestri expectato sed
ad literam prout iacebunt et ad tempus ipsis comprehensum
vel declaratum. Et ad maius robur oīm predictorum et infra
scriptorū ipsi cōpromittētes oīmodo iure forma ⁊ titulo quib⁹
melius possunt ex nūc put ex tunc sibi adinuicem cedunt et tra
dunt omnia iura et actiones et omne dominiū poss. ⁊ ius oīm
rerū bonorū et iuriū de quib⁹ cōtinebit ⁊ fiet mētio in ipsis p-
nūciamētis arbitramētis seu amicabilibus cōpositionibus et
sm ꝙ in eis continebit ⁊ sibi adinuicē faciūt oēs cōfessiones pte
stationes traditiones ⁊ cūcta alia que in ipsis arbitramētis seu
amicabilib⁹ cōpositionibus cōtinebunt vel scripta erūt fieri vel
obseruari debere per ipsos cōpromittētes, cōstituēdo etiā adin
uicem se tenere ⁊ possidere ⁊ quasi oīa ⁊ singula que in ipsis p-
nunciamētis seu arbitramētis continebantur et scripta erunt
⁊ sm formam eorū volentes adinuicem transferre oē dominiuz
poss. ⁊ ius vicissim sm formam eorum ⁊ prout in eis continebi-
tur ⁊ scriptum erit ⁊ pro faciliori executione predictorum et in
frascriptorum constituetur vicissim omnia eorum bona mobi-
lia ⁊ immobilia ⁊ iura precario possidere vsqz ad plenam et in-
tegram executionem ⁊ satisfactionem omnium et singuloruz q̄
continebuntur ⁊ scripta erunt in ipsis pronunciamentis ⁊ arbi-
tramentis ita ꝙ pars obediens contra non obedientem possit
⁊ ei licitum sit ppria authoritate ⁊ sine licentia alicuius iudicis
vel pretoris ingredi tenere et possidere, auferre et exportare ipsa
bona res ⁊ iura ⁊ etiam personam capere vsqz ad integraz exe-
cutionem et satisfationem omnium contentorum in ipsis pre-
nunciamentis seu arbitramentis: nec intelligantur aliquā vim
inferre ex speciali ⁊ expresso pacto ipsoruz compromittentium.
Et ꝙ parti inobedienti licitum non sit aliquo tempore penam
petere a parte primo obediente etiam sit in aliquo postea foret
2 inobediens. Et ꝙ ipse arbiter † possit penam et penas augere
minuere diuidere ad sue beneplacitum voluntatis nec possit si-
bi aliquis sociari vel adiungi inuito per aliquam personam nec
etiam possit inuitus cogi pronunciare vel arbitrari per aliquez
ius dicentem vel non dicentem et si contra fieret quicquid fie-
ret eo inuito vel coacto sit inualidum ⁊ nullius valoris vel mo
menti et pene committantur semel ⁊ pluries totiens quotiens
contrafactum fuerit ratis nihilominus manentibus pronūcia
mentis et arbitramentis. Qui compromittentes iurauerūt ad
sancta dei euangelia corporaliter tactis scripturis predicta o-
mnia ⁊ singula ppetuo per se ⁊ suos heredes ⁊ successores etiā
singulares inuiolabiliter obseruare ⁊ non contrafacere de iure
vel de facto per se vel per aliam personam sed eis semper acqe-
scere omni excep. iuris ⁊ facti remotis et renunciatis renunciā-
do etiam specialiter et expresse aut. decernimus. que est posita
C. de arbitris. et in corpore vnde sumit que prohibet arbitros
eligi cum sacramenti religione et omnibus alijs iuribus et legi
bus quibus venire vel facere possent contra predicta vel aliqd
eorum dicentes etiam et protestantes se scire et cognoscere ⁊ in
telligere vires et potestatē omnium predictorū et multas alias
veras et iustas causas precessisse et subesse q̄re predicta ⁊ quod
qz eoruz agunt ⁊ faciunt. insuper. Pe. ⁊ Mar. amici predictoꝝ
compromittentium vt predicta liberius obseruentur conuene-
runt et per stipulationem promiserunt obligando se et omnia
sua bona pignori et sub pena centum flor. auri in stip. deducta
et que totiens committatur et exigi possit quotiens contrafa-
ctum vel ventum fuerit sibi adinuicē et vnus alteri qd ipse Pe.
sic faciet ⁊ curabit cum effectu qd prefatus titius attendet ⁊ ob
seruabit omnia et singula suprascripta ⁊ quolibet eorum ⁊ ipse
Mar. qd prefatus seius similiter attendet et obseruabit predi-
cta omni excep. remota pro qua conuentione contenti fuerunt
vicissim

vicissim vnū ab altero flor. centū recepisse renunciādo exceptiōi nō numerate pecunie sine cā ⁊ ex iniusta cā doli et in factū et ne possint dicere se alienū factū promisisse vel pro alieno facto obligatos fore ⁊ oī alij iura actioni ⁊ except. quibus se tueri possent vel venire vel facere cōtra pdicta vel aliqđ eorū ⁊ oībus etiā statutis ⁊ consuetudinibus. ¶ Si vero compromissum fiat in plures accipiatur forma predicta verbis competēter mutatis vbi mutanda fuerint de singulari ad plurale et videatur tunc forma speculatori. d. §. fi. ver. porro si duo. et ver. seq. forma sn̄ie arbitralis habet. d. §. ẜ. cognito autē de negotio. ¶ Que possint obijci contra arbitrum, ⁊ de quibus causis cognoscere non po
4 test† vide in margarita eodem in prin. ⁊ plenius in spec. eo. §. ex
5 cipitur. ⁊. §. potest esse. ¶ An differant compromissum † et arbitrium vide in spec. e. j. versi. est autē differentia. ⁊ ibi p Jo. an.
6 in additionibus. ¶ Differentia inter arbitrum † et arbitratorem. e. §. ver. est etiam differentia. ⁊ in additione. Jo. an. ⁊ ver. se
7 quenti. ¶ An arbiter † faciat litem suam sicut iudex dic ꝙ sic in
8 spec. e. §. j. ver. sed si arbiter. ¶ Qui non possunt esse arbitri †. §. eo. l. iij. §. fin. ⁊ in spec. eo. §. pōt esse arbiter. ¶ Et de muliere vide in ver. j. ⁊ vide in additionibus Jo. an. ⁊ vide in summa. e. §. itē femina. ⁊ extra. c. dilecti. ¶ Et an laycus cuȝ clerico in causa spirituali. eo. §. ver. itē prohibet laicus ⁊ in additiōe Jo. an. et dixi j. e. §. de liberali. et p Hos. in sum. ver. item in laicū de qbus cau
9 sis et rebus. ¶ Et a quibus pōt compromitti † vide in spec. eo. §. restat. ⁊ in additionibus Jo. an. et in summa Host. §. de quare. ⁊. j. eo. l. non distinguemus. §. iul. ⁊. §. de liberali. Et an cum excōmunicato possit alius compromittere, vide in spe. eo. §. restat ver. vlti. ⁊ in additionibus Joan. an. ¶ Et an ex sententia arbitri transferatur dominium vide per Joan. and. extra de testa. c. raynaldus. in glo. nō enim potest. ¶ Et an de litibus. §. per sententiam terminatis si postea oriatur controuersia possit compromitti vide extra eo. c. exposita. et plene per Joan. an. in additionibus in spec. eo. §. j. in additione que incipit est sciendūȝ qđ omnino videas. Qn̄o finiatur arbitrium vide in spe. eo. §. finit. ¶ Exceptiones que possunt obijci contra arbitrum contra cōpromissum ⁊ contra sententiam in spe. eo. §. excipitur ⁊ in additionibus. ¶ Si actum est ꝙ arbiter pronunciet fm iura an teneatur pronunciare fm statuta vide Jo. an. e. §. excipitur in ad
10 ditione que incipit Gui. de suza. ¶ An arbiter † mittere possit in pos. causa rei seruande vide in spec. eo. §. fi. ver. sed an mittet in possess. ⁊ in addi. Jo. an. ⁊ per Hostien. §. qualiter ad effectum perducatur. versi. sed pone, compromissum factum. et versic. seq.
11 ¶ An religiosi † ex compromisso possint penam petere vide Hostien. in summa. §. qualiter constituatur. versi. sed nunquid
12 religiosi. ⁊ bene extra eo. c. dilecti. ¶ Procurator † sine speciali mandato compromittere non potest. extra eo. c. per tuas. cum ibi no. ¶ Pulchra ⁊ vtilis gl. quando arbitrator dicat inique pronunciasse est insti. de contrahen. empt. §. pretium. ¶ Similia ⁊ dissimilia inter arbitria ⁊ iudicia plene videas. j. eod. l. j.
13 ¶ An ⁊ quando ex compromisso oriatur actio † et exceptio. j. eo. l. ij. Et de cōpromisso facto cum sacramento. et quid operentur illa verba pena soluta toto manente arbitrio plenissime. et an pena exacta possit res peti prima actione coram iudice competenti vel econtra. An compromissum factum per minorem valeat. j. eo. l. labeo. ⁊. l. si pupillus. Quod quis non cogatur com
14 promissum † suscipere sed susceptuȝ implere. j. eo. l. iij. §. tamet si. peccat tamen non recipiens vt ibi dixi. Et qn̄ intelligatur recepisse. ⁊ an re integra possit penitere. An idem in arbitratore vt cogi possit susceptum implere. Et an arbitri qui cognoscunt de causa suspicionis cogi possint. et an iudex delegatus cogi possit. An ille cui pars reuelauit secreta cause sue possit esse aduocatus partis aduerse. ¶ Et an arbiter corruptus cogi possit. Et an possit agi in compromisso quod arbiter cogi non pos
15 sit pronunciare nec tertium eligere. An arbiter † possit recipe
a re a salarium a partibus. eo. l. iij. §. ait pretor. ¶ Qui arbitri cogi possint et per quos. e. l. §. tacemus. Quod par in parē non habet imperium nec minor in maiorem. j. e. l. nam magistratus. quandoqȝ tn̄ cōtra ⁊ iudex maior potest se minori subijcere. Et
16 ꝙ imperator vel papa † non possit tollere legem dei. An laicus factus clericus conueniri possit coram iudice seculari ex contra
17 ctu vel delicto facto tempore quo erat laicus. An filius † possit esse iudex arbiter vel testis in causa patris hn̄. j. e. l. quin etiaȝ An infamis possit esse arbiter vel iudex. j. eo. l. pedius. alias incipit parui. ⁊ an possit esse procurator. Et an excommunicatus possit esse arbiter. ⁊ an bannitus. ⁊ an monachus vel religiosus Et an prohibiti esse arbitri possint esse arbitratores et amicabiles compositores. An in seruum possit compromittere ad. l. §. in seruum. ⁊ an idem in monacho. ⁊ an factus liber possit pronunciare. Et an valeat compromissum in duos liberos ⁊ seruū Et sol. brocardi an vtile per inutile vitiet. An si sponte litiget coram seruo facto libero valeat. j. eo. l. seq. an in iudicē ordinariū vel delegatū possit compromitti tanꝗ in arbitrū vel tāꝗ in arbitratorē. j. eo. l. sed ⁊ si in seruū. §. si quis iudex. ⁊ pulchra circa hoc de arbitro corrupto. e. l. §. sunt ⁊ alij. Si litigatores infamauerūt arbitrū. e. l. §. iuli. pulchre ⁊ plene de pena apponenda in compromisso. j. eo. l. litigatores. §. j. ⁊ cui debeat pena pmitti et duobus. §. seq. ⁊ vsqȝ ad. l. si de meis. De inequalitate compromissi quo ad penā pmissam. j. e. l. si de meis. Et an detur pacti exceptio. Qn̄o intelligatur arbiter cōpromissum recepisse. ea. l. §. recepisse. Et pulchra ⁊ notabilia de arbitratore ⁊ amicabili cōpositore. Multe cause q̄ excusant arbitrum a pronūciando. ea. l. §. ex cōpromisso arbiter. cū. ll. seq. vsqȝ ad. l. qualē. Inter quas eit qn̄ iurat sibi nō liquere de cā, ⁊ qn̄ sibi mouetur qđ ⁊ qn̄ ptes eū spreuerūt, vt. l. itē si vnus. §. si multo post. Et an possit postea ad eum redire pulcherrime. ⁊ plenissime de forma sn̄ie arbitralis ⁊ maxime qn̄ sunt plures arbitri. eo. l. item si vnus. §. item si plures. ⁊ si discordāt in pnūciando cui sn̄ie stetur. et an possint sibi inuicem committere vices suas in procedēdo vel pnūciando. Et an valeat si dicam ꝙ pronunciet de voluntate vel cōsilio sapientis. ea. l. §. idem pomp. Si discordant an teneant eligere tertiū ⁊ qn̄o. e. l. §. si in duos. ⁊. §. principaliter. Et si discordēt in electione tertij. Et an ⁊ qn̄o debeāt cū tertio pronunciare et alia pulchra de tertio eligendo ⁊ electo. ¶ Si compromissum est in tres qn̄o debeant pronunciare ⁊ cui sn̄ie stetur. j. e. l. si in tres. Et si vnus iurat sibi non liquere de causa quid facient alij. j. eo. l. si
18 cuti. ¶ De forma ⁊ effectu sententie † arbitralis. j. e. l. qualem. ⁊. l.
19 seq. ¶ Et an possit arbiter † sn̄iam corrigere vel interpretari. j. e. l. qr arbiter. si compromissum est de pluribus rebus an possit pronunciari de vna plene. j. eo. l. qui tamen. licet arbiter non dicat condemno vel absoluo sed equipollens valet ead. l. §. ita arbiter. ¶ Arbiter solutioni faciende potest longiorem diem statuere ꝙ sit dies compromissi eadem. l. §. solutiōi. ¶ Incerta sen
20 tentia † arbitri vel excedens formam compromissi non valet eadem. l. §. finali. de prorogatione compromissi. j. eadem. l. si cum dies. et plenius lege non distinguemus. §. dies. et an compromissum prorogatum sit idem vel diuersum. Et vide pulchram questionem de semestri tempore dato ad eligendum de iure canonico. quod dicatur plenum compromissum ⁊ que veniant in eo eadem. l. §. plenum. in generali compromisso non veniunt inhonesta eadem. l. §. compromisso. potestas arbitri non extenditur vltra diem compromissi eadem. l. §. si intra diem. ⁊ si partes compromisserunt diuersis diebus a qua incipiat terminus
21 compromissi. ¶ An casus fortuitus † excuset arbitrum eadem l. §. si quis ex litigatoribꝰ. ¶ De loco in quo debeat arbiter pronunciare plene eadem. l. §. si arbiter. ¶ An in arbitris vel iudiquo ad penam possit mora purgari plene eadem. l. §. finali. ⁊. l. sequenti. ⁊. l. celsus. Et si actor recipiat rem saluo iure in pena vt penam petere possit. Et quid si partē rei recipiat an tollatur in totum pena. ¶ Et an casus fortuitus excuset a pena. ¶ Et an mitius agatur cum. l. ꝙ cum homine legis ministro. ⁊ an ad tollendam penam sufficiat sola oblatio. ¶ De materia prorogationis compromissi. j. eodem. l. labeo. Et ꝙ prorogatio intelligi
22 tur facta fm formā primi compromissi. ¶ Et an sententia † possit pro parte valere ⁊ pro parte non. ¶ Et an compromissum prorogatum sit idē vt primi fideiussores teneantur ⁊ alia pulchra circa prorogationem iurisdictionis ordinarie ⁊ delegate. et an dies adiecta in vno capitulo pronunciamenti videatur repetita in alio connexo. ꝙ dies cōpromissi prorogari possit per nuncium ⁊ epistolam. j. eodem. l. diem proferre. an idem in dilatione danda. ⁊ an interlocutoria possit ferri absentibus partibus. et an arbiter committere possit vices suas in procedendo. ꝙ compromissum non transeat ad heredem nisi hoc agatur ead. l. §. si heredis. ⁊ si actum est an transeat solum ad primum heredem vel vlteriores. Et si plures cōpromiserunt ex vna parte ⁊ vnus moriatur an finiatur cōpromissum. ⁊ quid si capitulum cōpromisit et moriantur aliqui de capitulo. Et an filia que compromisit patri cum iuramēto stare contenta in centum mortuo patre anteꝗ centuȝ recepisset teneatur seruare fratribus pactum. Sententie arbitri statur siue eque siue inique eadē. l. §. stari. secꝰ in sentētia arbitratoris. Si plures arbitri discordāt in sententia cui sententie stetur plene eadē. l. §. si plures. Et quid si testes discordent cui dicto stabitur. ⁊ an credat magis deponentibus affirmatiuam ꝙ negatiuā ⁊ pro bona fama ꝙ pro mala ⁊ quid de pluribus iudicibus discordātibꝰ in sentētia. Si arbiter pronunciet in absentia partiū nō valet eadem. l. §. si quis litigatorum. Et si actum est ꝙ pronunciari possit in earum absentia an citande sint. ⁊ si non veniant an pena cōmittat. ⁊ quādo dicitur fieri coram partibus. Et quid si pena non est pmissa etiam pena incerta q̄ certificari potest promissa valet. j. eo. l. non autem. Si petitur a fideiussore contra formam sentētie arbitri

a ¶ Salarium. adde gloss. et bar. in. l. in sacris. la. ij. C. de prox. sa. scrin. lib. xij. bart. in l. fin. C. de pri. agen. in re. lib. xij. Flo. in. l. ȝ et si loci. §. in iudicio. ff. fin. re. Spe. in tit. de arb. §. fi. ẜ. sed nunqd arbiter. Bal. i. l. cu m eps. C. de bo. que lib.

pena cõmittitur.ĩ.eod.l.aduersus. si partes recedãt ab arbitro et vadant ad iudicem pena cõmittitur.ĩ.eo.l.si quis rẽ.⁊ quando intelligant ire ad iudicem vtruz per citationem vel per litis contestationem ex sententia arbitri pena committitur si dolus cesset.ĩ.eo.l.ita demũ. plene de hoc. compromissum valet etiam si pena sit maior ꝙ res.ĩ.eo.l.non distinguemus. si pena non est promissa nõ cogitur arbiter pronunciare eadẽ.l.§.j. ⁊ si mulier pro alio compromittat iuuatur velleiano eadem.l.§. si mulier. de significato huius dictionis summa eadẽ.l.§.summa. ⁊ quid si pena sit sub cõdictione promissa. plures modi quibus soluitur compromissum eadem.l.§.compromisso.et an morte prelati qui compromisit nomine ecclesie soluatur. Quod sacerdotio adueniente arbitro soluatur eadem.l.§. sacerdotio.⁊ an legatarius perdat legatum si amittat ciuitatem.si arbiter efficiatur simplex clericus an soluatur compromissum.⁊ an monachus possit esse arbiter.⁊ an alij religiosi vel prelati ecclesiastici.et an bannitus vel excõmunicatus de causis criminalibus non põt compromitti eadem.l.§.iul.plene de hoc. et an arbiter possit cõfines dare vel certum locũ partibus interdicere.de liberali causa non potest compromitti eadem.l.§. de liberali. an de feudali matrimoniali spirituali maxime in laicum.et an in arbitratorẽ de istis causis possit compromitti. Compromissum inter liberum ⁊ seruum nõ valet eadem.l.§.si seruus.⁊ quid si seruus dedit fideiussorẽ,an ex cõpromisso procedi possit contra legatum durante legatione eadẽ.l.§. item si quis rome. arbiter pronunciare nõ debet si ex eius pronunciamento fieret preiudicium petitioni hereditatis eadem.l.§.si is faciat. de proroga. compromissi.vide plene eadem.l.§.dies cõpromissi.si arbiter se occultat vt non pronunciet quid fiet eadẽ.l.§.si arbiter.si in plures sit cõpromissum hoc acto ꝙ quilibet pronunciare possit quomodo ꝓnunciabitur eadem.l.§.cum in plures.si superueniant inimicitie inter arbitrum ⁊ litigatorem non potest pronunciare eadem l.§.cum quidam plene.et petere reduci ad arbitrium boni iuri species est appellatiõis. ⁊ intra qḋ tempus debeat peti talis reductio ⁊ an ei possit renunciari. ⁊ an ea petende pars petens incidat in penam.⁊ an talis reductio finiatur anno sicut appellatio. arbiter non plus põt ꝙ habet ex forma compromissi. et an possit pronunciare super accessorijs puta fructibus et vsuris eadẽ.l.§.de officio.de forma sententie arbitralis eadem.l.§.quesitum.⁊ ꝙ debet cõtrouersie finẽ imponere.⁊ an possit cõmittere instrumenta dictãda arbitrio sapientis.si ꝓcura. cõpromittat põt cogi dñs venire ⁊ heres eius eadẽ.l.§.si dñi.an procura. cõpromittens teneatᷣ satisdare de rato eadẽ.l.§. arbitri officio. de prorogatione cõpromissi eadẽ.l.§.fi.⁊.l.seq. snĩa lata cũ vno correorũ prodest ⁊ nocet alteri.ĩ.e.l.si duo.⁊ sub dubio forte rñdent sepe periti.⁊ de significato dictionis forte forsitan ⁊ fortassis semel cõmissa pena amplius non cõmittitur nisi sit dictum ꝙ pluries cõmittatᷣ eadẽ.l.§.semel.⁊ an soluta pena possit peti qḋ stetur snĩe arbitri.⁊ quid si dictũ est ꝙ pena soluta ratũ maneat arbitriũ.⁊ an ꝓmittens vel iurans seruare pacez si sepius cõtra faciat sit totiẽs periurus. ⁊ si vnus primo fregit pacẽ an alter frangẽdo incidat sibi in penã. ⁊ an sepius faciens contra statutũ sepius puniatᷣ.an valeat cõpromissum pupilli etiã cum fideiusso.ĩ.eo.l.si pupillus.an arbiter vel arbitrator ꝓnunciare possit diebus feriatis in honorẽ dei.ĩ.eod.l.si feriatis. an heres teneatᷣ seruare snĩam arbitri.ĩ.eo.l.quãuis. ⁊ an ignorãs heres incidat in penã ⁊ ꝙ lites non debent prorogari sicut vites. Qḋ ex leuib⁹ causis non cõmittitur pena sed solũ in substãtialibus ĩ.eo.l.nõ ex omnibus.⁊ an arbiter possit mulctare partes vel sacramẽtum in litem deferre.⁊ ꝙ noĩa testium ⁊ tabellionis sunt edẽda circa preparatoria nõ cõmittitur pena nisi intersit.ĩ.e.l.
23 arbiter cal. ¶ Arbiter † debet esse nõ minor.xx.annorũ.in iudice secus.ĩ.eo.cũ lege. Si in cõpromisso agatur de pena fisco vel alij tertio applicanda non valet.ĩ.eod.l.arbiter.si intra certum diem.Et an per priuatum queratur actio fisco. Si compromissum fiat speciebus non enumeratis. de omissis errore iterum agi potest non de omissis dolo.ĩ.eo.l.de rebus.⁊ an sit vnum cõpromissum vel plura factũ super pluribus rebus. ⁊ an debeat simul super omnibus pronunciari.si sit questio de finibus stari debet finibus positis per arbitrum.ĩ.eo.l.inter castellianũ. ⁊ an amouens fines incidat in penam.⁊ si restitui rem secunduz sententiam arbitri postea eidem abstuli an incidam in penam. in compromissis non receditur a persona.ĩ.e.l. in cõpromissis. de compromisso generali ad quid extendatur.ĩ.eo.l. de his rebus.⁊ an ad lites futuras an valeat pronunciamentum factũ contra pupillum vel furiosum sine tutore vel curatore.ĩ.eod.l.si compromissum.⁊ an arbitrator possit pronunciare absentib⁹ partibus.arbiter potest citare per nuncium ⁊ epistolam.ea.l.§. arbiter.⁊ an iudex delegatus possit citare partes. ⁊ an interlocutoria possit ferri absentibus partibus.ĩ.eo.l. sed interpellatur.§.arbiter,arbitriũ claudicare nõ dꝫ.ea.l.§.si ab altera.⁊ nõ põt transire ad heredẽ alterius partis tãtũ.arbiter inuitis partibus nõ põt cõpromissum prorogare.ĩ.e.l.arbiter ex cõpromisso de re sua nõ põt qs esse arbiter.ĩ.eo.l.si de re sua.qꝛ nemo põt sibi imperare ⁊ ideo imperatiuus caret prima ꝑsona.⁊ an quis possit cõpromittere in offensum.de offensa facta tanꝙ in arbitratorẽ.Et an possit penã corporalẽ vel quasi puta confinia ꝓ
24 nunciare. ¶ In arbitris cõceditᷣ more purgatio †.ĩ.eo.l.fi. si arbiter renũciauit ⁊ ptes nihilominus egerũt corã eo an gesta valeant,vide.ĩ.pro soc.l.plane si hi. An arbiter possit partibus ꝓcipere ꝙ dent fideiussores vel pignora videtᷣ ꝙ sic.de quo vide in summa feud.de pace tenẽda.ver.põt etiã queri.⁊ ibi de ista materia vide multas differentia inter arbitrũ ⁊ arbitratorez. not. Gul.de cun.sup.l.episcopale.C.de episco.audiẽ.circa finẽ. ⁊ an arbitratores possint ꝓcedere summarie ⁊ de plano.

1 ☞ Arbitria sunt similia iudiciorum ad lites finiendas sed non differendas.
2 Iudicium quis suscipere cogitur.
3 Iudicium redditur in inuitum.
4 Libellus an offertur coram arbitro.
5 Arbiter potest esse infamis iudex non.
6 Arbitrium soluitur morte arbitri vel vnius ex litigatoribus.
7 Arbiter cogitur ferre sententiam die feriata:⁊ die compromissi transeunte.
8 Reconuentio an possit fieri coram arbitro.

1 Compromissum. Arbitria † sunt similia iudiciorum ad lites finiẽdas nõ differendas,vt.ĩ.eo.l.ꝙuis.h.d. Et glo.lꝫ min⁹ plene tradit qũo iudiciũ ⁊ arbitrium sicut similia ⁊ dissimilia in prin.medio ⁊ fine.⁊ vnũ casum ponit in quo sunt dissimilia in princ.medio ⁊ fine.⁊ vnũ casuz ponit in quo sunt dissimilia videlꝫ in satisdatione ꝑstanda de lite ꝓsequenda.in autᷣ.de litig.§.ad excludẽdas.q̃ est.C.de epis. ⁊ cle.autᷣ.generaliter.ꝙ reprobat Ia.but.⁊ dicit ꝙ illa satisdatio ita prestatᷣ in arbitrijs sicut ⁊ in iudic.⁊ ad autᷣ.rñdet quatenus ibi dicitᷣ nisi ex cõsensu ⁊c.qꝛ exponit.i.nisi partes consenserint in ipsa satisdatione remittenda.nõ aũt dꝫ exponi nisi ex ꝯsensu id est corã arbitris.vt glos.intellexit hic ⁊ op.Ia. sequitᷣ gloss.d. autᷣ.generaliter.⁊ multos casus quos nõ tangit glo.in quibus cõueniunt ⁊ differunt iudicia ⁊ arbitria in princi.medio ⁊ fine. not. Ber.extra eo.c.cũ dilectus.⁊ per Odof.C.eo.l.j. in brocardis.iij.parte de remis.⁊ arbi.rubricella arbitria assimilantur iudicijs.⁊ plenius in spe.le.j.de arbitro.§.differũt aũt.⁊ ibi in additionibus.⁊.§.restat.ver.porro.⁊ ver.sequẽtibus. ⁊ p Goffre. §.cõpromissum aũt.⁊ plenissime per Host.in summa,eo.§.qualiter ad effectum ꝓducatᷣ per totũ.§.quos casus non repeto sed aliquos addo habẽdo ꝓ regula ꝙ iudicia ⁊ arbtria sunt similia nisi in casibus in quibus reperiantur dissimilia per hanc.l.
2 sunt aũt dissimilia qꝛ iudiciũ † cogitᷣ qs suscipere,vt.ff. de mune. ⁊ hono.l.munerũ.§.iudicãdi arbitriũ nõ,vt.ĩ.eo.l.iij.§. tãetsi.
3 Itẽ iudiciũ † redditur in inuitum.ĩ.de verb.ob.l.inter stipulantem.§.j.arbitrium non,vt.d.§.tametsi. Item si filiusfa.in iudicio indiget cõsensu patris,vt.C.de bo.que lib.l.fin.§.necessitatem.in compromisso autẽ non,vt.ĩ. de pecul.l.licet.§.sed si filius.⁊ not.in glo.magna.d.§.necessitatem,versi.item an coram arbitro.⁊ in spec.de arbitro.§.restat.in fin. Itẽ differunt in appellatione:qꝛ a snĩa arbitri nõ appellatur.vt.C.e.l.j. et ratio ibi no.a snĩa iudicis sic vt.C.de ap.l.⁊ in maioribus.⁊ hic in gl.sed quid si actũ sit in compromisso ꝙ possit appellari?dic vt dixi.d. l.j.C.eo.⁊ in spe.de appel.l.ij.§.in quibus aũt casibus.ver.quid si conuenit. Itẽ differũt qꝛ arbiter non cognoscit de cã liberali nec criminali,vt.ĩ.eo.l.non distinguemus.§.iul.⁊.§. de liberali. Itẽ iudex põt mulctare partes inobediẽtes arbiter non.ĩ.de iudic.l.iij.§.fi.⁊.ĩ.eo.l.non ex oĩbus.itẽ in iudicijs veniunt oĩa.ĩ.de iudi.l.solemus. In arbitrijs ea sola de quibus actũ est in compromisso.vt.ĩ.eo.l. si cũ dies.§.plenũ. Itẽ iudex ꝓnunciare potest vna parte absente ⁊ contrahitur eremodicium,vt.C. de iudi.ꝓperandũ.§. ⁊ siquidem.⁊.§.sin autẽ reus arbiter nõ, vt.ĩ.e. l.diem ꝓferre.§.si quis litigatorũ. ¶ Itẽ dicunt quidam quod
4 libellus † nõ offertᷣ coram arbitro per autᷣ.gñaliter.C.de epis. et cler.qḋ falsum est ⁊ finis illius autᷣ.dꝫ intelligi de satisdatione remittenda non de libello,vt.s̃.dixi.sed corã arbitratore de necessitate non offertur libellus sed qualisqualis petitio vt certa possit ferri snĩa vel amicabilis cõpositio.de hoc in spe.de libel. cõcep.iiij.li.§.restat videre.versi.pe.⁊ fi.⁊ ꝑ hoc.C.de his qui in
5 ec.ma.l.j.⁊ ibi de hoc in cle.de ver.sig.c.sepe. Item arbiter † põt esse infamis,vt.ĩ.eod.l.pedius.iudex nõ.ĩ. de iudi.l.cũ pretor.§. nõ autẽ. Item arbiter se excusare põt multis ex causis in hoc titulo

6 tu.expssis ne pnüciet.secus in iudice. Item arbitrum† soluitur morte arbitri vel vnius ex litigatorib⁹.vt.j.eod.l.diē pferre.§.j. ꝛ.l.non distinguemus.§.compromisso.iudiciū non.j.de iudic.l. mortuo.ꝛ.C.de iudi.properandū.§.finaiit vtraqꝫ. Item arbiter
7 †cogitur ferre sniam die feriata ꝛ si dies compromissi transeat vt.j.eo.l.si de meis.§.fi.iudex nō.vt ibi.ꝛ.š. de ferijs. per totum. Item si plures arbitri ferant diuersas sñias nulla valet.j.eod.l. item si vnus.§.si plures.secus in iudicibus.j.de inoffi.testa.l. si pars.de re iud.l.inter pares.ꝛ.l.duo iudices.item cōpromissum soluitur iudicio nō ecōtra.vt.j.eo.l.nō distinguemus.§.cōpro missio.item si res euincitur ex cōpromisso nō agitur de euictiōe. j.de euic.l.si dictum.§.si cōpromisso.ꝛ de rei ven.l. vtiqꝫ. secus in iudicio.vt.eo.ti.de euic.per totū. Itē cōpromissum nō pōt ꝓrogari nisi actum sit.vt.j.eo.l.non distinguemus.§.fi.iudex sic. j.de iudi.l.cū furiosus. Sed nunquid coram arbitro efficit res litigiosa sicut corā iudice. M.de fano tenet ꝙ sic per.l.istam.et C.de iudi.l.rem nō nouam.§.j. Sed an corā arbitro possit fie
8 ri reconuētio:†dic vt plene dixi.C.de sen.ꝛ interlo.om.iu.l.cum pap.circa fi.iure canonico fieri nō pōt.vt extra eod.cū dilect.fil. An finiat̄ instantia arbitri triēnio si in cōpromisso non est tēpus adiectū dixi plene.j.e.l.sed si cōpromissum. Si compromissum factū sit diuersis diebus a quo incipiat terminus dixi.j.e. l.si cum dies.§.si intra. ¶ In glo.in fi.iunge qđ legit̄ ꝛ no.š.de his qui no.infa.l.quid ergo.§.ex cōpromisso.

1 ¶ Arbitri an hodie possint eligi cum sacramento.
2 Pena in compromisso apposita an inducat actionem.
3 Actio an ex arbitri sententia possit induci.
4 Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.
5 Pena semel exacta an et quo casu possit iterum exigi.
6 Conuentio sola an possit facere ꝙ ex sententia arbitri oriatur actio vel exceptio.
7 Interesse dicitur pena respectu prestantis.

Ex compromisso. Hec.l.si intelligatur put litera sonat de cōpromisso facto cū pena plane ꝛ sine cōtrarietate procedit.si vero intelligatur generaliter etiā de compromisso sine pena facto tunc procedunt contrarietates glo.ꝛ dicvt plene dixi.C.e.l.pe.ꝛ in margarita.eo.§.sed an actio
1 iudicati ꝛ statim dicam.†Et qđ dicit glo.hodie esse correctū qđ arbitri non possint eligi cum sacramento.vt.C. eod.aut. decernit.alias decernimus.veruꝫ est de iure canonico.secus vt ibi dixi ꝛ no.extra eo.c.ij.ꝛ per Jo.an.in nouella.ꝛ.c. cum tempore.et plene per hosti.in summa.e.§.qualiter constituatur.ṽ. alias si iuramentum.ꝛ dixi.d.aut. decernit. ¶ Quere si pena sit appo
2 sita in compromisso an actio †oriatur istud dubium pendet ex intellectu.l.pe.C.eo.vbi de hoc satis dixi ꝛ vide in spec.eo.§.re
3 stat.ver.item ex sentētia arbitri nō oritur actio†ꝛ.§.fi.vers. hoc quoqꝫ notādum.ꝛ ver.seq.ꝛ in additionibus Jo.an.ꝛ ver.quid si sit cum pena electus.ꝛ bene per Inno. extra eo.c.per tuas. Et videtur ꝙ sic.j.de verbo.sig.l.notionem.ꝛ de re iudi.l.ait pretor. Quis enim partes sibi de pena prouiderint non dꝫ tolli prouisio legis.vt.j.fami.herc.l.fundus qui.ꝛ pro hoc de acti.empt.l. lucius.ad trebellia.l.facta.§.j.ꝛ.l.recusare.§.titius. Sed dic cōtra secundum Gul.qꝛ istud est ius cōmune qđ ex dicto arbitrio nō oriatur actio nec exceptio.vt hic.ꝛ.C.e.l.j. Sꝫ.d.l.pe.dat act. in casu cum pena non est promissa ꝛ datur ex obligatione.ꝛ ita
4 no.d.l.cū antea ꝛ de iude.l.iudei.ꝛ hic innuit̄ † ex quo enim prouisio hominis venit cessat prouisio legis vt hic.ꝛ qꝛ prouisio legis est ordinaria non tollitur per prouisionē hominis vt in cōtrarijs.ꝛ pro hoc qđ actio non oriatur cū pena est promissa. bñ facit in aut.de iudi.§.qꝛ non multe.colū.vj. ¶ Sed quid si dictum sit in compromisso ꝙ pena peti possit rato manente pacto seu arbitrio.gloss.hic vbiqꝫ tenet ꝙ oriatur actio et pena peti possit per.l.š.de transac.l.qui fidem.vbi de hoc.ꝛ.j.de verboruꝫ oblig.l.ita stipulatus.in fi. Ja.de ra.ꝛ Gul.contra ꝛ dicit ꝙ nō potest vtrunqꝫ peti.i.pena ꝛ ꝙ oriatur actio vel exceptio.ad.l. qui fidem.ꝛ.l.ita stipulatus. respondent ꝙ loquuntur in casu in quo partes pacisci poterant ꝙ vtrunqꝫ valeret.hic autē partes nō possunt pacisci ꝙ ex compromisso pena vallato oriatur actio vel exceptio qꝛ tale pactum est contra ius publicum:quod non potest tolli pacto priuatorum.š.de pact.l.ius publicum.et qꝛ priuatorum consensus ꝛc.vt.C.de iur.om.iudi.l. priuatoruꝫ ꝛ hoc clare probatur:qꝛ plus debet operari consensus partiuꝫ post sententiam ꝙ̄ ante:qꝛ post sententiam habent quod ratificent.sed ante sententiam non possunt facere quod actio detur cum pena est apposita.vt.j.eod.l.diem proferre.§.fi.ergo ꝛc. H. Et pro ista opin.ꝙ tale pactum non valeat quod pena petatur rato manente arbitrio.facit.C.e.aut. decernimus. ibi qua pre-

sita licet iudicatis recedere.ꝛ ꝙ not.per Goffre. in summa eo. in fi. Sed responderi posset ꝙ ibi non erant apposita illa verba rato manente pacto. predictam opinionem ꝙ predicta verba nihil operentur videtur tenere gloss.j.eod.l.si duo. in gloss. que incipit imo nec tunc.in fin.vbi de hoc et de pactis.l. rescriptum. §.si pacto.ꝙ operentur tenet hic gloss.ꝛ in aut.de iudic.§. quia vero.colla.vj.de hoc satis notaui.C.eodem.l.j.versic. sed quid si in compromisso.et eodem titulo.l.penul. et ibi late per Cyn. et Odoffre.qui videntur sequi predictam opinionem ꝙ illa verba nihil operentur. et licet forte ista opinio de stricto iure sit vera: communis tamen opinio est in contrarium et seruari vidi in practica ꝙ per illa verba vtrunqꝫ peti possit.scilicet pena et qđ seruetur arbitrium.ꝛ ita tenet glo.extra eo.c.dilecti.in fi.gl. magne ꝛ vide ibi Innoc.ꝛ.j.ea.l.celsus.de hoc tetigi in speculo.eo. §.excipitur.versic.item ꝙ pena soluta et plenius.§.finali.versic. ergo secundum premissa.ꝛ versicu.quid si in compromisso pena li.ꝛ per Hostien.in summa.e.dicto.§.qualiter constituatur.ver.
5 sed nunquid pena recepta. ¶ † Pe.dicit tenuisse quod illa verba operantur quod semel exacta pena possit iterum exigi.j. de lega.iij.l.fideicommissa.§.si quis decem.sed non video quomodo predicta verba hoc importent.nam verba magis adaptantur ad cōfirmationem arbitrij ꝙ̄ ad iterationē pene nec etiam ex mente compromittentium videntur importare pene iterationem.non ob.§.si quis decem.quia ibi verba et mens operantur circa iterationem. Alij volentes predicta ad concordiam reducere dicunt quod hec verba rato manente pacto non inducunt nouum compromissum quia iam sequeretur ꝙ noua litis contestatio fieret et iterari totus processus ꝛ noua diffinitio fieri quod esset absurdum ꝛ contra mentem compromittentium.
6 † Item dicūt ꝙ sola conuentio nuda vel vestita non potest facere ꝙ ex sententia arbitri oriatur actio vel exceptio contra.l. priuatorum.C.de iurisdictione omniū iudicum.et sic intelligatur opinio dicentium quod illa verba rato manētepacto nihil operantur sed cōuētio nuda vel vestita precedens cū verbis predictis ꝛ emologatio post sententiam subsequens bene possunt facere vt propter sententiam lex producat actionem ꝛ exceptionem.ꝛ ita potest intelligi.l.cum antea.C.eodem.et vbi processit conuentio vestita agitur etiam ex illa ad interesse.vt.j.eodem.l. diem proferre.§.final.aut ergo pars reclamat et contradicit sententie arbitri intra decem dies.et vera sit opinio quod illa verba nihil operentur quia ex pacto non vt.d.l.priuatorum. ex sententia non vt hic ꝛ.C.eo.l.j.ex lege per sententiam arbitri nō:qꝛ opus est emologatione que hic nō est.vt.d.l.cū antea.aut reclamatum post decem dies ꝛ tunc locum habeat opinio qđ illa verba operentur. nam soluta pena reperitur compromissum ac si non fuisset pena apposita et eo casu emologatione secuta agi posset: ergo ꝛ nunc. Azo tñ in summa eodem. tenet indistincte qđ in compromisso penali non sit locus emologationi nec oriat̄ actio vel exceptio sed solum pene petitio in summa eodem.§.itē si controuersiam habeant ibi si non fuerit stipulatus penam ꝛc.ꝛ.§.pe.ibi vere tamen ꝛ proprie.ꝛ gl.j.de re iudi.l.a diuo pio. in prin.C.de iudeis.l.iudei romano.ꝛ ipsaꝫ opinionē Azo.post multa sequitur Spe.eo.ti.§.fi.penul.col.versi.quid si sit cum pena electus ꝛ secundo folio.versi.consueuit etiam queri. ꝛ galeotus in margarita.versi.sed an actio iudicati.ꝛ gof.in sum.§.stabit̄ inquā.ꝛ.§.fi.in fi.ꝛ Cy.d.l.pe.C.e.lꝫ dicat quosdā dixisse aut fiat dictū ꝙ pene adiectio nihil immutaret ꝛ habeat locum prima opinio.aut non:ꝛ tunc opin. Azo.exacta etiam pena potest coram iudice competenti agi prima actione.vt.j.eo.l.si quis rē cum ibi no.si autem re primo soluta postea petatur pena.dicvt
7 j.eo.l.celsus.in principio. ¶ † In glo.in fi.ꝙ interesse dicitur pena respectu prestantis.vt.š.de eo per quem fac.erit.l.j.§. si plures.ꝛ ibi no.

1 ¶ Minor habens curatorem non potest sine eius authoritate compromittere.
2 Sententia ex defectu psone non legitime vitiata in iudicio ipso iure est nulla:licet error in sententia non sit expressus.
3 Arbiter non cogitur compromissum suscipere:susceptum tamē cogitur explicare.
4 Arbiter qui de causa suspicionis cognoscit an possit cogi.
5 Compromissum in quo dicitur ꝙ arbiter non possit cogi inuitus pronunciare an sit validum.
6 Arbiter potest pro suo labore salarium accipere.
7 Maior iudex potest cogere minorem:non minor maiorem nec parem.

1 Habeo. † Quicquid dicat glo.dic ꝙ si minor habēs curatorē sine ei⁹ authoritate cōpromisit ipso iure nō tenet si nō habebat tunc ope restitu-

tionis fm Jac.bu.ꝛ vide.ĩ.eo.l.si pupillus.et sic est idē in iudi/ ciis ꝛ arbitris,vt.s.e.l.j.Et qđ dicit gl.vtrū expresserit i snia euz
2 minorē vel nō,nō vr bñ dictū †q2 vbi snia vitiat ex defectu pso ne nō legitime in iudicio semp sententia nulla est ipso iure etiā si error non sit expressus in ea,vt.C.qui legi.pso.per totū.ꝛ si a non compe.iudice p totuz.ꝛ vide qđ no.ĩ.de appel.reci.l.ij.et in spe.de arbitro.§.restat.ver.sed quid de minore.

3 **Tametsi neminem.** †Arbiter non cogit suscipere compromis sum:susceptū tñ cogit explicare.h.d.peccat tñ arbiter ꝛ arbitra tor qui possunt tollere controuersias inter ptes ꝛ nō faciūt.xj. q.j.sicut eni.ꝛ ibi in gl.ꝛ p archi.Sʒ qñ dicit recepisse cōpromis sum vt cogi possit dicit qñ expsse recepit vel qñ factum est com/ promissum eo psente ꝛ nō ɔdicente,vt not.in spe.e.§.fin.versi.sʒ nūquid arbitrator.ꝛ ver.seq.in addi.Jo.an.videas ibideʒ.ꝛ p hoc.ĩ.e.l.si de meis.§.recepisse.Itē nō ob.C.de epi.au.l.si qui ex cōsensu.vt ibi no.¶Sed nūquid re integra si suscepit poterit penitere:&a hic innuit ꝙ sic in ver.finge eni a contrario sensu. Jac.de ra.tenet ɔtrariū p.l.sicut.C.de act.ꝛ oblig.ꝛ q2 sicut nō est licitū partibus penitere:ita nec arbitro.¶Item querit ipse Ja.an idē sit in arbitratore ꝛ amicabili cōpositore vt cogi pos/ sit.Et videt ꝙ non q2 hoc nō reperit expressum.ꝛ hic de vero ar bitro loquit.ipse tenet cōtrariū per.l.vlti.C.de cōtrah.emp.vbi de hoc tetigi.ꝛ.ĩ.de verb.obli.l.si quis arbitratu.plenissime ꝛ q2 maior est ptās arbitratoris ꝛ sibi plura cōmittuntur.s.ꝙ de iu re ꝛ de facto possit pnūciare.ergo fortius est cogēdus.arg.C.de epi.ꝛ cle.l.psbyteri.Odof.hic tenet ꝙ si est electus cum pena co/ gafrals nō.p hoc.ĩ.e.l.nō cōgendū.de hoc vide plene in spec.d. §.fi.d.ver.sed nūquid arbitrator.Et ver.seq.ꝛ vide ibi Joā.an.
4 in additionibus.¶Sed nunquid arbitri† qui cognoscunt de cā suspicionis possint cogi:dic ꝙ sicvt extra de ap.cuʒ ꝛ spāli.ꝛ de offi.dele.c.suspicionis.in.ij.glo.ꝛ no.ĩ.eo.l.nam magistrat⁹. ¶Ultimo no.duo que dicit glos.vnū qđ secus est in iudice de/ legato qui cogi pōt inuitus suscipere iudiciū,vt.C.de aduo.di/ uer.iu.l.sancim⁹.vbi de hoc dixi.ꝛ.ĩ.de mune.ꝛ hono.l.mune/ rum.§.iudicandi.¶Scđo ꝙ ille cui reuelata sunt secreta cau/ se nihilominus pōt esse aduocatus partis aduerse.vt.s.de po/ stu.l.fi.ꝛ dic vt ibi dixi.Itē videt ꝙ arbiter sordibus corrupt⁹ cōpelli nō debeat.ꝛ vide in spec.eo.§.excipit.ver.itē ꝙ eius tur/ pitudo.ꝛ ver.itē ꝙ corruptus.quicquid dicat glo.dic ꝙ ad pe/ titionē corrūpentis nō cōpellitur sed ad petitionē nō corrūpen
5 tis sic.Ay.¶Sed nunquid valeat cōpromissuʒ† in quo adijci tur ꝙ arbiter non possit cogi inuitus pnunciare.quidā ꝙ non quia per tale pactum datur materia arbitris malignandi ꝛ nō pronunciandi ꝛ cū nō valet.argu.ĩ.de pactis dota.conuenire.et de relig.l.neratius.ꝛ quia videt quodāmodo contra substan/ tiam cōpromissi quod fit ad hoc vt lis terminetur.Alij dicunt cōtrariū quasi istud pactū licet sit authoritate publicū est tamē vtilitate priuatum:ꝛ ideo potest remitti pacto,vt nota.in cor. authen.vt matres debitrices ꝛ creditrices.§.penul.ꝛ dixi.C.de pactis.l.si quis in conscribendo et quia ex consensu litigato/ rum talia possunt remitti,vt.ĩ.eod.l.si feriatis.speculator tan/ git istam questionem et non soluit in speculo eod.§.fi.versi.sed quid si actum est inter compromittentes.nō ob.de tributo.l.il/ lud.vt ibi not.obtineri vidi pluries quod pactum valeat quia a forma compromissi dependet totum,vt.ĩ.eo.l.non distingue/ mus.§.de officio.ꝛ quia arbiter se noluit arctare ad coactionē nec etiā partes:ergo iudex contra voluntatem et prouisionem arbitri et compromittentium non habet se intromittere.ꝛ pro hoc facit quod not.ĩ.e.l.si vnus.§.si induos.ꝛ quod no.in sum ma feudoꝝ de pace tenenda.§.quesitum.quinto folio.et quod dixi in alphabeto dictione non:satis.ver.non possit cogi ferre sententiam.ꝛ idem potest dici si dicatur quod non possint co/ gi tertium eligere.de quo.ĩ.eo.l.itē si vnus.§.principaliter.Et bonum consilium est quod quando recipit compromissum qđ recipiat sub illa conditione quod cogi non possit:ꝛ sic aliquan do feci.ꝛ hoc etiam approbat Jo.and.in addi.suis in Spec.di cto.§.finali versi.sed quid si actum est inter compromittentes.

6 **Ait pretor.** Hic videtur expressum ꝙ arbiter† pos sit salarium recipere pro labore suo in telligendo literam prout sonat licet aliter exponatur.ĩ.eo.l.liti gatores.§.ꝙ ait.ꝛ q2 idē est i iudice,vt in aut.de iud.§.ne auteʒ labor.coll.vj.ꝛ est expssum.C.de pri.sac.scrin.l.in sacris.circa prin.li.xij.ꝛ de prin.agē.in rebus.l.fi.circa fi.eo.li.xij.M.de fa/ no.ꝛ vide in spe.e.§.fin.v.sed nunqđ arbiter potest a partibus.

7 **Tractemus.** †Hic tractat de psonis arbitroꝝ q cogi pñt ꝛ non possunt per ptorē ar bitrari:et qui possint esse arbitri vel non.ꝛ hoc psequitur vsqʒ ad.l.litigatores.§.qđ ait pretor.ꝛ vide in spe.eo.§.possunt esse arbitri.et per Azo.et Gofre.in summa.§.arbiter esse potest.et Hostien.§.si quis possit esse arbiter.¶Ibi perfungi.facit qđ no.ĩ.e.l.quid tamen.in prin.¶Ibi pretor.non ob.ĩ.eo.l.sed et si in seruum.§.j.vt ibi no.

1 ¶Par in parem non habet imperium:nec minor in ma/ iorem.
2 Imperator non potest tollere legem dei:nec etiā papa nec qui/ libet inferior legem superioris.
3 Laicus contrahens vel delinquens an si postea efficiatur cleri cus poterit cogi aut puniri.

1 **Nam magistratus.** Par † in pa rem non hʒ imperium nec minor in maiorem.h.d.ꝛ ad hoc sepe allegatur.ɔcor.extra de elec.c.innotuit.s.de mi.l.mi nor autem magistratus.xxi.di.cū inferior.ꝛ ibi de hoc.ꝛ extra de maio.ꝛ obe.c.cū inferior.ĩ.ad treb.l.ille a quo.§.tēpestiuū.ꝛ.C. de legi.l.digna.Qñqʒ tñ par i parē hʒ imperiū,vt.lxv.di.c.si for te.ꝛ ibi not.ꝛ iudex maior se subijcere pōt iurisdictioni minoris si vult.s.de iurisdic.omnium iudicum.l.est receptū.vbi de hoc.
2 Et faciūt pdicta ꝙ iperator† vel papa nō possit tollere legē dei nec alij inferiores leges supiorū.p hoc extra de deci.c.tua.ꝛ bñ x.distin.c.j.ij.ꝛ.iij.ꝛ ibi de hoc.ꝛ tāgitur etiam in gl.C.si contra ius vel vtili.publi.l.fin.ꝛ in cle.de elec.c.ne romani.¶Ultimo nota versi.nec interest.qui potest ad multa valere.Et facit ꝙ si
3 laicus† contrahat vel delinquat postea efficiatur clericus ꝙ co gi non possit nec puniri per iudicem secularem.ad hoc.ĩ.de iudi. si quis postea.et ibi de hoc dixi.C.de episco.ꝛ cleric.aut.causa q̃ fit cum monacho.ꝛ.ĩ.de bon.damna.l.fina.§.ex bonis.ꝛ in que stionibus statutorum tertia parte ver.subijcio etiam talem que stionem.¶Ibi cogi in suo territorio.secus in alieno,vt not.ĩ. de ma.l.apud.

1 ¶Filius an in causa patris possit esse arbiter.
2 Arbitrium voluntarium est,et illi imputatur qui eligit.
3 Ordinarius ꝛ delegatus in hoc differunt:quia ordinarius re/ cusari non potest:delegatus sic.
Testimonium an remediari possit.

1 **Quinetiam de re patris.** Fi lius †potest esse arbiter ꝛ iudex in cā patris.h.d.ꝛ in spe. eod.§.pōt.ver.fi.itē pōt esse arbiter.ꝛ p Azo.ꝛ Gof. in summa.§.arbiter esse pōt.ꝛ Hosti.§.qs possit.pōt tñ recusa/ ri.vt in spe.de iudi.dele.§.superest.ver.itē si est maritus.¶Op po.gl.de.l.q iurisdictioni.s.de iuris.om.iudi.vbi de hoc.dic aut
2 queris an filius possit esse arbiter patris ꝛ dic ꝙ sicvt hic† q2 ar bitriū est voluntarium ꝛ sibi imputet qui eum elegit.aut queri tur an possit esse iudex in causa criminali:et dic ꝙ non vt in cō/ trario.ꝛ.ĩ.de iniur.l.lex cornel.in prin.ꝛ.ĩ.de iudic.l.ꝛ in priua/ tis:a contrario sensu.In ciuili dic ꝙ aut est delegatus,ꝛ pōt q2 non fungitur vice sua sed delegantis,vt.s.de offi.eius cui mā. est iurisd.l.ꝛ si ptor.ordinarius aūt esse nō pōt,vt.d.l.qui iuris/ dictioni.fallit vbi res esset peritura:q2 tunc vsqʒ ad litem cōtest. s.de offic.presi.l.senatusconsulto.ꝛ ar.ĩ.ad trebel.l.ille a quo.in
3 prin.ꝛ hic in glo.†ꝛ ratio diuersitatis inter ordinariū ꝛ delega tum esse potest q2 ordinarius recusari non potest:delegat⁹ sic, vt.C.de iuris.om.iu.l.nemo.ꝛ ideo sibi imputet qui filiū non re/ cusauit si eum suspectuʒ habebat.sed quare sicut potest esse iu/ dex ꝛ arbiter vt hic non potest esse testis,vt.ĩ.de testi.l.testis ido neus.dic q2 contra eius sniam est remedium appellationis sed testimonium sic remediari non potest.Ri.ꝛ vide.iij.q.vij.c.si cō tra.§.cognitores.

1 ¶Infamis an possit esse arbiter vel iudex.
2 Arbitrium an locum habeat in excommunicatum.
3 Excommunicatus quare equiparetur deportato.
4 Seruus an possit esse arbiter.
5 Excommunicatus exclusus est ab omnibus actibus legitimis similiter et bannitus quibusdam casibus.
6 Bannitus an possit esse arbiter.
7 Iudex non potest esse arbiter sed bene potest esse arbitrator.
8 Arbitri non legitimi snia nulla est:nec duobus arbitris admis sis quorum vnus arbitrari non potest:non cogitur alter.
9 Utile per inutile vitiari vel econuerso qualiter intelligatur.

1 **Pedius.** Alias parui refert.Canonizata est iij.q.vij.c.si contra.§.cognitores.vbi de hoc.ꝛ sic vr ꝙ arbiter† potest esse infamis.ꝛ in hoc differt a iudice vt hic i gl.ꝛ dixi.s.e.l.j.ꝛ vide in spe.e. §.potest.

§.potest.ver.item potest esse arbiter liber homo.non tamen potest infamis esse arbiter iuris,vt ibi no. Joan. an.ꝛ no. de recusa.§.fina.ver.sed nunquid possunt.ꝛ vide etiam in Spe.eo.§.differt.versi.item infamis.ꝛ per Azo.in summa.ꝛ Goffr.§.arbiter esse potest.ꝛ Hostien.§.quis possit.idem dicit glos.in procuratore per.§.vlti.instit.de excep.quod non puto indistincte veruz, vt plene dixi.ṡ.de postu.l.j.§.hoc edicto.ꝛ de iure canonico non est dubium quod repellitur vt ibi dixi.de multis alijs personis dubitatur an possint esse arbitri.de quibus vide in Specu.eod. §.potest autem esse arbiter.ꝛ per Joan.andr. in additionibus. ꝛ per Hostien.in summa.§. quis potest esse arbiter. et gloss. hic querit de excommunicato.ꝛ dicit qꝺ non potest esse arbiter. ni-
2 hil allegat.Guli.ꝛ Godoffre.allegant qꝺ excõmunicatus†possit esse arbiter:quia fortius est impedimentũ perpetuum quam temporale.ī.de iudi.l.longius.de suspec.tuto.l.iij.§.j.ꝛ.l.j.§.fin. sed infamis habet perpetuũ impedimentum:vt.ṡ.de postulan. l.j.§.de qua.ꝛ tamẽ potest esse arbiter vt hic ergo excõmunicatus qui habet tẽporale impedimentũ ꝛ de facili potest absolui: qꝛ ecclesia non claudit gremium redeunti.C.de sum.trinita.epistola liquet.§.pe.ꝛ extra de here.c.super eo.lib.vj.ipsi tamen te-
3 nent contrariũ:qꝛ excõmunicatus†equiparatur deportato.insti. de capi.dimi.§.minor.C.de sac.sanc.eccle.l.placet.in fi.deportatus autẽ amittit omnia ea que sunt iuris ciuilis:vt.ff. de pen.l. quidã sunt serui pene ꝛ iudicia sunt iuris ciuilis: vt.ṡ.de origi. iur.l.ij.§.post originẽ. ad quorũ similitudinem sunt arbitria.ṡ.
4 eo.l.j.ergo ꝛc. Itẽ qꝛ seruus†non potest esse arbiter:vt.ī.§. pri. sed excõmunicatus est seruus peccati:vt.C.de sen.pas.l.fin. Itẽ excõmunicatus est extra cõmunionem ecclesie sicut iudeus:sed iudeus non potest esse arbiter nisi inter iudeos.C.de iude.l.iudei romano.que bene facit ad propositũ:ergo nec excõmunicatus nisi forte inter excõmunicatos de iure canonico non est du-
5 bium:†qꝛ excõmunicatus exclusus est ab omnibus actibus legitimis.extra de re iudi.c.ad probãdum.de excep.c.pia.lib.vj. ꝛ de sentẽ.excõ.decernimus.eadẽ.l.ꝛ qꝛ partes nõ possent licite cũ ipso participare.extra de sen.excom.c.si concubine.ꝛ non potest etiã esse testis.extra de testi.c.veniens.ꝛ de accusa.c. olim. et hoc etiam tenet Spec.de arbitro.§.differt.versi.item secundum eum non possum excipere.ꝛ.§.restat.versi.vlti.ꝛ vide qꝺ dixi de regu.iur.l.in condemnatione.§.dolo.ꝛ per Joã.an. in nouella. de regu.iur.c.dolo facit.Jac.de ra.distinguit qꝛ aut omnes cõpromittentes sciuerunt eum excõmunicatum:ꝛ nihil valet.aut omnes ignorauerũt:ꝛ tenet quo ad omnes.aut quidam sciebãt quidã non:ꝛ tunc quo ad ignorantes tenet. quo ad sciẽtes non.
6 argu.C.de incest.nup.l.qui cõtra.Jaco.†Querit Gui.de suza. quid de bannito nunquid possit esse arbiter ipse distinguit: aut bãnitus est ex tali delicto qꝺ equiparetur deportato: ꝛ tunc non potest esse arbiter qui pro mortuo reputatur ꝛ exclusus est ab omnibus artibus legitimis ꝛ ciuilibus vt predictũ est.pro hoc ī.pro socio.l.actione.§.publicatione.ꝛ de bonorum possessione cõtratabu.l.j.§.filius.si vero nõ est bannitus ex crimine quod equiparetur deportato tunc potest esse arbiter: quia non reperitur prohibitus.ṡ.ex qui.cau.maio.l.necnon.§.sed quod eis.ꝛ arg.hic.l.pedius.ꝛ qui banniti equiparentur deportatis ꝛ qui non no. institu.quibus modis ius pat.pote.sol.§.relegati. licet illa gloss.cõmuniter reprobetur de quo plenissime dixi in meis questionibus statutorum quarta parte primo folio vers. Item quero questionẽ antiquam que bene faciunt ad questionẽ excõmunicati ꝛ banniti.ꝛ de bannito an possit esse arbiter, vide in Specu.eo.d.§.differt.ver.quid de bãnito ꝛ ibi per Joã.andr.in additionibus. De monacho ꝛ alijs religiosis.an possint esse arbitri dicã.ī.e.l.nõ distinguemus.§.sacerdotio.sed nunquid isti vel alij qui prohibentur esse arbitri possunt esse arbitratores vel amicabiles cõpositores vidi multũ dubitari:ꝛ hãc questionem tangit hic Guli.in seruo an licet non possit esse arbiter possit tamen esse arbitrator.ꝛ arguit ꝙ sic:qꝛ in extraiudicialibus seruꝰ est aptus.ī.de regu.iur.l.seruus.ꝛ.l.si seruus. ꝛ potest esse agrimensor.ī.si mẽsor fal.mo.di.l.iij.ꝛ cum dicimus seruum contra here potius significamus factum quã ius.ī.de pecu.l.vt seruus. ṡ.de pac.l.si vnus.§.pactus.ꝛ pro hoc etiã facit de lega.ij.l.cuz pater.§.hereditatem.ꝛ ad trebel.l.ex facto. vbi effectus seruus pene nõ amittit potestatem eligẽdi sibi cõcessam. In contrariũ videtur expressum.ī.de verbo.sig.l.illa verba arbitratu. vbi de hoc not.ꝛ dixi.ꝛ de regu.iur.l.qꝺ attinet.sed illas intelligit ipse G.in vero arbitro.Ipse Gui.videtur ad hoc cõcludere qꝺ si iste arbitrator vellet assumere cognitionez iuris qꝺ non possit:qꝛ ex eius diffinitione orireẗ actio qꝺ sibi non competit: vt.d.l. quod attinet.ꝛ.ī.de fal.l.nullo modo. Si autẽ vellet componere de facto quasi per modũ trãsactionis:tũc possit in aut. vt differentes
3 des† authoris noceat singulari et vniuersali successori eadem. l. §. pretor ait. et an sit correctus per authenti. male fidei. et de hoc etiam in. §. seq. quo tempore exigatur bona fides in publiciana eadem. l. §. publiciana. an sit bona consequentia nõ potest vsucapi. ergo non datur publiciana. j. eo. l. traditionem. an in publiciana requiratur pretiũ solutũ vel fidẽ de eo habitam. j. eo. l. de pretio. et de brocardo vbi lex nõ distinguit distinguere non debemus patientia vel vera traditio sufficit ad publicia. siue precedat venditionem siue sequatur. j. eo. l. siue aũt. §. j. vendita hereditate. competit publicia. pro singulis rebus eadem. l. §. item si hereditate. Quando eadem res venditur vel pignoratur duobus quis sit potior eadẽ. l. §. si duobus. et si vnus emat a creditore alter a debitore quis sit potior. pro rebus que suo vitio vsucapi non possunt non datur publiciana eadem. l. §. hec actio. non refert mihi an alij volũtate mea res tradatur. j. eod. l. si ego. quod publiciana detur vero domino eadẽ. l. §. si de vsufruc. de partu ancille quãdo vsucapi possit plene eadẽ. l. §. partus. an quoad publicianam sit differentia inter legatum et fideicõmissum vniuersale. j. eo. l. cum spõsus. §. is cui. An in predijs vectigalibus cõpetat publiciana. et an vsucapi possint eadem. l. §. in vectigalibus. Sufficit ad publicianam momento possedisse eadẽ. l. §. fin. Ex quibus causis facta traditione a domino competit rei ven. ex eadẽ facta a nõ domino cõpetit publiciana. j. eo. l. quecunqz que solennitas presumatur et que nõ eadem. l. §. q pupillo plenissime. re non integra non reuocatur mãdatum. j. eo. l. si quis prohibuerit. sine possessione. quãdoqz datur publiciana. j. eo. l. pe. et regulariter non datur contra dominum. j. eo. l. fi.

1 ¶ Actio publiciana an possit intentari per habentem titulũ cum traditione vbi dominium non resultat.
2 Dominium trãferri traditiõe facta a vero dño et competere publicianã traditione facta a non domino equiparãtur.
3 Actio publiciana an detur in factum.
4 Libellus qualiter sit in actione publiciana concipiendus.
5 Prescriptio. x. vel. xx. annorum inducit dominium vtile.
6 Dominium tripliciter consideratur directe scz vtiliter et quasi.



1 Ait pretor. †Habens titulum cũ traditione vbi dominium non resultat publicianã potest intentare. hoc dicit. ¶ Ibi causa vera non putatiua. j. communi diui. l. cõmuni diui. §. qui in rem. Et qr ista materia satis subtilis est et in ea variãt doct. maxime in formatione libelli eam nitar declarare pro posse. primo querendo que sint necessaria ad hoc vt actor obtineat in ea. speculator de actione seu petitione. §. sequitur. versi. quid si velit intentare publicianã. dicit quod quinqz sunt necessaria qd traxit glos. magna. institu. de act. §. alie. et ibi etiã per Dyñ. primum quod habeat iustum titulum et habilem ad dominium trãsferendum si fieret a vero domino. scdm quod fiat ex eo traditio. tertium et quartum quo tempore venditionis et traditiõis habeat bonã fidẽ quod presumitur nisi mala fides probetur, vt. j. de pba. l. verius. Quintum quod a non domino quod semper presumitur. vt hic not. in gloss. rofre. hoc eo. titul. addit aliud. s. quod res sit talis que possit vsucapi et prescribi. Item quod nõ sit vsucapta vt hac. l. ¶ De primo. s. de iusto titulo et habili ad dñium trans
2 ferendum oẽs concordãt. †Ista enim sunt paria dñium transferri traditione facta a vero dño et competere publicianam traditione facta a non domino, vt. j. eod. l. quecũqz. in prin. et de cõtrahen. emptio. l. clauibus. et. j. eo. l. iij. §. ait pretor. in casu tñ in quo datur irregularis publiciana, scz quãdo contra solum dominum videbitis. j. eodem. l. eum qui. §. si petenti. De secundo an sit necessaria traditio et videtur quod sic. vt hac. l. princ. et ver. sed cur traditionis. sicut enim sine traditione regulariter non trãsfertur verum dominiũ. vt. C. de pac. l. traditionibus. et. s. titul. j. l. si ager. ita nec quasi dominiũ per qd competit publiciana trãsfertur sine traditione, imo fm Dy. non sufficit sola traditio sed necessaria est vacua possessio. vt dicetur. j. eo. l. eum qui. §. in publiciana. Sed qr in quibusdã casibus trãsfertur dominium sine traditione, vt not. d. l. si ager. s. titu. j. vt in legato et similibus. et hic etiã no. in gloss. eisdem casibus datur etiã publiciana sine traditione, vt not. j. eo. l. sunt et alie. in gloss. magna. De tertio. s. quod tempore traditionis habeat bonã fidem et tpe vẽditionis. in hoc etiã omnes concordãt nec sufficit altero tãtum tempore habere bonã fidem, vt. j. eo. l. eum qui. §. pretor ait. et. §. publiciana. imo quidã voluerũt quod habeat bonã fidem etiã eo tempore quo agit, vt. j. eo. l. si ego in fi. quod non est verum. vt ibi no. et ibi subauditur maxime. et ita etiã tenet rofre. hoc eo. tit. §. j. dicit etiã eod. titu. versicu. hodie. quod necesse est hodie quod tradens habeat bonaz fidem qr si haberet malam non posset res vsucapi. vt. C. de prescrip. lon. tempo. aut. male fidei. et sic publiciana locum nõ haberet nisi quãdo verus dñs sciret ius suum et alienationem factam: tunc enim qr res posset vsucapi. et prescribi. vt. d. aut. bene competeret publiciana. de hoc tamen dic vt dicã. j. eo. l. eum qui. §. pretor ait. de alio. s. quod traditio sit facta a nõ domino hic variãt doctores. et declaratio dependet. an publiciana detur vero domino glo. Dy. rofre. speculator et cõiter doctores tenẽt quod non: qr cum detur sibi directa rei vendi. que est ciuilis superuacua est publiciana que est pretoria. Pet. sentit contrarium et dicit publicianam dari etiã vero domino. et probat sic male fidei possessor nõ debet esse melioris cõditionis quam bone fidei. vt. j. de noxa. l. non solũ. j. sed qui emit a vero dño etiã si hodie habeat malã fidẽ habet publicianã: ergo multo fortius verus dominus qui habet bonã fidem. ¶ Item quia pretor subuenit et dat remedium non solum in casu necessario sed etiã in casu non necessario, vt patet in bonorũ possess. contra tab. quã pretor introduxit pro emãcipatis qui carebant beneficio iuris ciuilis: et tñ illud remediũ datur etiã in potestate constitutis et non indigentibus qr habent beneficium iuris ciuilis, vt. j. de bonorũ possess. cõtra tabu. l. si post mortẽ. §. fi. sic erit in pposito. licet enim vero dño non sit necessaria publiciana: tamen si ea vult vti potest. Item probat sic iura non cogunt, imo prohibẽt quem deierare et periuria puniunt. C. de indicta viduitate. l. ij. sed si peto rem tanquam meam et mihi deferas iuramentum et ego iuro: rem meam esse iuramentum habetur pro veritate. sed si postea cado a possessione dicit. l. qd possum rem illã petere per publicianam, vt. j. eo. l. eum qui. §. si petenti. sed tunc aut habeo necesse negare me dñm et sic declarabo me fuisse periurũ, aut possum me dicere dñm et intentare publicianã, vt. d. §. si petenti. et istud argu. fortiter cõcludit pro opi. petri. et dicemus tũc quod publiciana competit domino nõ qr dñs sed quia emit vel alio iusto titulo habuit et sibi tradita fuit. et est casus nisi fiat vis litere. fm Jaco. de rauẽ. j. eod. l. si ego. §. si de vsufru. vt ibi dixi. non ob. litera huius. l. que dicit traditionẽ factam a vero dño quia exempli gratia dicit. et idem multo fortius vbi facta est a vero domino vt ex predictis patet. ¶ Item nõ ob. §. alie. insti. de acti. vbi dicitur quod verus dñs intentat rei vend. directã quare verũ est quod põt si vult quasi dicat non habet necesse intentare publicianam si non vult potest tñ ipsam publicianã intentare si vult vt predictũ est. ¶ Itẽ nõ ob. l. proxi. vbi dicitur quod non desiderat honorariam acti. quia verum est de necessitate sed si vult põt eam intentare vt dictum est. et ista opi. Pe. noua est et singularis. et si vera est cautus aduocatus nunquam proponeret directã rei vẽdi. sed solum publicia-

nam narrando se emisse ꝛ sibi traditam fore rem non exprimen do a dño vel non dño ꝛ petet eam sibi restitui ꝛ in hoc versatur magna vtilitas q2 difficilis est ꝓbatio domini ꝛ hic nõ habebit necesse probare dominium sed solum in libello proposita ꝛ ob/ tinebit.ꝛ hanc opinio. Pet.videtur sequi Jaco.de rauẽ.ꝛ An dre.non vidi tamẽ in practica seruari forte ideo quia opinio gl. ꝛ aliorum doctorum est in contrarium. ¶ Modo dicamus de quinto quod dictum est necessarium fore ad victoriam in publi ciana scilicet quod res sit vsucapibilis vel prescriptibilis,vt.j. eo.l.siue.§.hec actio. Fallit tamen hoc in pluribus casibus vbi etiam si res non possit vsucapi vel prescribi tamen datur publi ciana,qui notã.per Roffre.hoc eo.titu.versic.secundum quod res ꝛ tribus ver.sequẽ. ¶ De sexto,scilicet quod res nõ sit vsu/ capta vel prescripta probatur hoc in litera ibi nondum vsuca/ pta ꝛc.hoc tantum depẽdet ab eo qđ dictum est.§.an publicia/ na detur vero dño. Sed supposita snĩa glos.ꝙ nõ competat do/ mino quid si actor ignoret vtrũ author suus fuerit dñs vel non dñs quod est sibi vtilius intentare vtrũ rei ven.an publicianã? glo.dicit ꝙ tutius est intẽtare publicianã quia facilior est ꝓba/ tio que exigitur in publiciana quã in rei ven.nam in rei vendic. oportet ꝓbare dñium quod est difficile in publiciana nõ est ne/ cesse probare non dñm quia quilibet presumitur non dñs sine alia probatione vt.C.de rei ven.l.fi.licet quidam dicere volue/ rint quem presumi dñm licet non probetur quod reprobat glo. et bene. Quidam tamen dicunt quod consilium glo.non est bo num,ꝛ quod tutius est intentare rei vendi.licet difficilis sit pro/ batio:quia si intentetur publiciana facilius poterit actor exclu di si possessor recipiat titulum ab aliquo non dño ꝛ ita erit po/ tior conditio ipsius possidentis vt.j.eo.l.sine autez.§.si duob9 in fi.ꝛ q2 si succũbit in publiciana põt redire ad rei vend.ꝛ econ tra,vt.j.de euict.l.minor.§.si seruus.sed vbi actor posset de pre/ scriptione probare tunc tutius esset proponere vtilem rei ven.

3 ¶ Jtem an ex isto edicto pretoris detur actio † in factum sicut ex aliis edictis? Dy.tenet in dicto.§.alie.quod nõ:quia hic spe/ cificata est actio publiciana:ꝛ ideo cessat in factum.vbi autem non esset actio specificata tũc daretur in factum.contrarium tñ videtur sentire glo.j.de iureiuran.l.sed ꝛ si possessori. ¶ Querit Guid.de suza.si egi publiciana ꝛ succui q2 aduersarius meus probauit authorem meũ fuisse dominuz si postea volo agere rei ven.directa ꝙ possum vt.d.l.minor.§.si seruus.nunquid ꝓba/ tiones quas fecit aduersari9 ꝫ me in iudicio publiciane facient fidẽ in isto iudicio rei ven.tenet ꝙ sic q2 eadẽ res eedem persone licet actio sit mutata ꝛ allegat.C.de arbi.l.cũ antea.vbi de hoc no.ꝛ dixi ꝛ de libe.cau.l.iubemus.gui. ¶ Modo quero quõ in

4 ista actione formetur libell9 † ꝛ in hoc multũ diuersificant do/ cto.ꝛ glo. Roffre.enim hoc eo.ti.format libellũ quatuor modis ꝛ specu.d.ti.de cau.pos.ꝛ proprie.§.nunc dicenduz.ꝛ gl.que est d.§.alie.insti.de act.ꝛ per Azo.in summa eiusdẽ titu.§.in publi ciana.ver.vtrum aũt finaliter videntur approbare.ꝛ dicunt de cõsuetudine approbari hanc formam peto rem talem quã dico ad me pertinere iure dñij vel quasi ꝛ sic vtraqꝫ simul proponi/ tur licet postea ꝓbationes fient super altera tantum quia super vtraqꝫ non possent fieri q2 sunt contrarie ꝛ per eandez.ratione contrarietatis tenet hic ꝛ vbiqꝫ glo.ꝛ rõ.ꝛ specu.ꝛ Dy.d.§.alie ꝙ predictus libellus non admittatur de iure tanꝙ sibi contra/ rius licet de cõsuetudine iudiciorum admittatur vt dixi.lꝫ glo. alibi videatur sentire ꝙ qui intentat rei ven.intentet hoc ipso ꝛ publicianam vt no.§.ti.proxi.l.marcellus.sed gl.illa reproba tur vt vbi dixi. ¶ Sed ꝙ talis libellus admittatur nõ soluz de consuetudine sꝫ etiam de iure videtur expressum extra de re iudi ca.c.abbate sane.lib.vj.vbi de hoc satis no.per omnes,ꝛ maxi/ me per Archi.ꝛ hanc opi.etiam sequitur odo.ꝛ dicit ꝙ propter incertitudinẽ admittitur talis libellus non obstante cõtrarie/ tate quia licet sint contraria in origine sunt tñ concordantia in effectu quia semper petit̃ rei restitutio.ꝛ ad hoc allegat.j.quo/ rum lega.l.j.§.q2 aũt.ꝛ si dicatur quod ibi incertitudo procede/ bat facto aduersarij:hic nõ quia in.d.§.quia autem.in fi.iuris/ consultus ponit pro regula ꝙ vbicunqꝫ sit incertitudo possint proponi due actiones simul cum protestatione ꝙ velit ex altera tantum consequi,vt patet ibi dum dicit quemadmodum sole/ mus ꝛc.ꝛ de hoc vide per Rofre.hoc.e.tit.vlti.colum.versi.pos/ set in hoc dubio.ꝛ ver.vlti.ꝛ de hoc etiam satis dixi.C.de eden/ do.l.edita.versi.sed an talis libellus admittatur.sꝫ nunquid ꝓ/ ponens publicianam tenetur exprimere causam ex qua dicit ad se pertinere puta venditionis vel donationis videtur ꝙ non q2 in realibus non est necesse causam exprimi,vt.j.de exceptione rei iudica.l.si mater.§.eadem.ꝛ no.per Rofre.de act.in rem pre iudiciali que datur contra filium in secundo libello.ꝛ dic plene vt in speculo de libellorum conceptione.§.iuxta propositionis ordinem.versicu.sed nunquid debet quis causam. ¶ Est etiam vnũ aduertendũ ꝙ dicit Dy.d.§.alie.instit.de act.versic.modo dicunt quidam qđ Rofre.hoc eo.tit.circa medium.ver.sꝫ huic responsioni.ꝛ glo.§.de dãno infecto.l.cum postulassem.§.dãni. ꝛ.j.eo.l.fi.ꝛ in multis locis tenẽt ꝙ ille qui habet publicianam habet vtile dominium sicut enim rei ven.competit ex causa di/ recti dominij,vt.§.de rei ven.l.in rem actio.sic publiciana ex cã vtilis quod non est verum:quia ille qui habet vtile dominium admittitur contra dominũ.j.de superfi.l.j.§.qđ ait.ꝛ si ager ve/ ctiga.l.j.sed publiciana regulariter non datur contra dominũ, vt.j.l.penulti.ergo ꝛc. ¶ Preterea ille qui prescripsit decennio

5 vel vicennio habet vtile dñium † ꝛ propterea habet vtilem in rem,vt.C.de prescrip.xxx.annorũ.l.si quis emptionis.in princ. si inciperẽt vsucapere ꝛ haberem vtile dominiũ ante vsusc.cple tã:ergo vsuscapio nihil induceret:ꝛ tñ inducit vt dictũ est. Jtẽ l.dicit ꝙ ante vsusca.cõpletam locum habet publi.ꝛ tamẽ ante non habet vtile dñium,vt.d.l.si quis emptionis.in prin. ¶ Et

6 ideo dicendum ꝙ tria sunt dominia † quorum vnum nõ est alio rum.s.dominium directum vtile.ꝛ quasi dñium propter directũ datur rei vendi.directa propter vtile.vtilis vt emphyteote su/ perficiario ꝛ ei qui prescripsit longo tempore. Qui habet quasi dominium habet publicianam:ꝛ ideo in hoc non erretis sicut multi errant. ¶ Jn glo.que incipit quid aũt circa finem.ibi cũ res.ꝛ dic vt ibi no. Nico. ¶ Ibi.§.item si duo.hoc verum de iu/ re ꝛ de consuetudine.secus vt no.insti.de act.d.§.alie.ꝛ Inno.ex tra de in integ.restitu.c.constitutus. Ray. ¶ In fi.gl.ꝛ patet.j. eo.l.eum qui.§.vlti. Ray. ¶ Sed cur traditionis.duo cõtinen tur hoc edicto que publicianã impediunt secundum cõmunem opinio.s.a dño facta traditio.ꝛ hoc tacite. ¶ Item vsuscapio.ꝛ hoc expresse quibus duobus casibus acquiritur dominiũ.sꝫ cũ ꝛ aliis duobus modis acquirat̃ dñium,scilicet ex legato ꝛ mor tis cã donatione,nũqd ꝛ tunc impeditur publice:certe sic.ꝛ hoc subijcit Fran.accur.ſm opi. Pet.non ꝓcedunt predicta q2 etiã domino datur publi.vt dixi.§.proxi.

1 ¶ Actio publiciana competit illi qui iustam causam habet traditionis.
2 Dominium an ex sententia in reali transferatur.
3 Juramentum ꝛ sententia equiparantur.
4 Actio publiciana dupliciter consideratur:regulariter scilicet ꝛ irregulariter.

Sunt et alie. Quidam non habent hic prin cip.l.sed continuatum cum su perioribus sed communiter allegatur pro lege.

1 **Ait pretor.** Qui habẽs iustã cãm † traditionis pu/ blicianã intentat.h.d.vsqꝫ ad.l.eũ qui. ꝛ qđ dicit ex cã iudicati sit tradita intelligit Jac.but.ꝙ fuit ad/ iudicata ꝛ tradita ꝑ iudicẽ ex causa iudicati. ¶ Sed ad hoc op po.ꝙ si ex cã iudicati non habeat locũ publiciana.nam sicut di ctum fuit.§.l.j.publiciana locũ habet vbicũqꝫ fit traditio a nõ dño ex tali causa ex qua si fieret traditio a dño trãsferetur domi nium,vt.j.eo.l.quecunqꝫ.in princi.ꝛ de contrahen.emp.l.clausi/ bus.sed si dñs esset condemnatus nõ transferetur dñium si rem traderet.ex cã iudicati non transferetur dñiuz quia hoc nõ agit tradens quia non tradit eam tanquã suam sed tanquã accipiẽ tis:ꝛ sic non transfertur dominium,vt.j.de condit.cau.da.l.iij. §.subtilius. Jtẽ nec hoc agit iudex quia ex snĩa lata in reali nõ assignatur nouum dñium sed solum vetus declarat,vt.§.titul. pxi.l.ex diuerso.§.j.ꝛ.j.si serui.vẽ.l.sicuti.§.si queratur.ergo pu/ bliciana non competit si non dominus condemnetur ꝛ rem ex causa iudicati tradat. Sol.istius oppositionis depẽdet a varie tate glo.ꝛ opinionũ docto.nam quedã glo.ꝛ quidam docto.te/ nent ꝙ per snĩam latam in reali trãsferatur dominium si domi nus erat cõdemnatus ꝛ si non dominus ꝙ detur publiciana et dicunt hic esse expressum.ꝛ hoc tenet glo.insti.de offi.iudi.§.si.ꝛ de hoc hic no.varie in glo. Alie gl.tenent contrariũ ꝙ dominiũ nõ trãsferat̃,vt no.§.tit.pxi.l.inter officium.ꝛ de acqui.possess. l.põpo.§.si iussu.ꝛ de excep.rei iudi.l.exceptio.vbi de hoc plenis sime dixi.ꝛ de hoc not.per Cyñ.C.communia vtriusqꝫ iudi.l.j. Sed si teneamus opi.ꝙ dominium nõ trãsferatur quõ respon/ debimus ad tex.istũ in versi.item si res ex cã iudicati sit tradita? Jaco.butri.dicit ꝙ ille ver.loquitur quãdo res fuit alicui adiu/ dicata pro debito,non autem ex reali.ꝛ lex vel soluẽdi causa vbi quidam nõ habent principiũ.l.sed cõtinuatio.loquitur qñ res mihi debita soluit̃ vt mea fiat.l.si res adiudicata.loquit̃ in iu/ dicio famil.ercis.vel cõi diuidundo in quibus fit adiudicatio ꝛ sic cessant omnia contraria.ꝛ iste est nouus intellectus ꝛ tolles oia contraria. ¶ Sed quid tenebimus in qõne predicta pro ve

2 ritate,scꝫ an ex snĩa in reali transferatur dñium † sicut dixi va/ rie ꝛ dure

rie ⁊ dure sunt opinio. sed quantum ad presens dic ꝙ Guli. de cun. dicit ꝙ est casus ꝙ ex snia iudicis transferatur dominiũ secuta traditione. ĩ. de statuli. l. statuliberi a ceteris. §. quintus mutius. circa medium vbi de hoc tetigi ⁊ hanc etiã sequitur Iaco. de raue. hic ⁊ allegat. ĩ. de vsuca. l. si per errorez. ⁊. ĩ. eo. l. eum
5 qui. §. si petenti. † nam sicut ibi ex iuramento transfertur cã vsucapiendi: sic ex snia cuz equiparentur. vt. ĩ. de iureiur. l. j. ⁊. ij. pe. vero ⁊ sequaces tenent cõtrarium. s. ꝙ dñium transferatur nec publiciana competat re tradita ex causa iudicati siue iudex siue pars tradat rem tanꝙ illius pro quo est iudicatuz per. d. §. sub tilius. ĩ. de condi. causa da. l. iij. sed qui tenent aliam opi. dicunt ꝙ est speciale ꝑpter authoritatẽ rei iudi. Et ad hãc. l. ⁊ oĩa arg. allegata per glo. ꝙ dñium transeat. ipse pe. respondet ꝙ loquũtur in personali in qua iudicatur rem actori dari debere: ⁊ ideo transfertur dominium quia dare est accipientis facere. vt insti. de act. §. sic itaqz. secus in reali vbi solum dominium vetus declaratur. vt. d. l. ex diuerso. §. j. ꝫ. titul. proxi. Ad. §. si petenti re-
4 spondet † quia est quedam publiciana regularis que nõ datur contra dominum: ⁊ tunc ex snia non transfertur dominiũ. quedam alia est irregularis que datur cõtra eum cõtra quem iuratur: ⁊ tunc bene trãsfertur vt ibi. ⁊ hãc opi. pe. hic videtur sequi Nico. qui dicit ꝙ intelligendo hunc text. in personali ꝑcedit sine omni calumnia. hãc etiam opi. tenet hic Ray. quia aut fundat se super sententia ⁊ non ꝑcedit quia declaratiua. vt. ꝫ. l. ex diuerso. §. j. aut super traditione ⁊ nõ potest quia traditio non congrueret sententie quia traditio allegaretur tanquam inductiua: sententia tanquã declaratiua. ꝫ. eod. l. qui restituere. Itez quia agendo rei vendi. dicebat se dominum ⁊ nunc dicit se non fuisse dñm ⁊ sic tanꝙ contrarius repellitur. ⁊ bene facit qd not. in. l. si finita. §. si plures. de dãno infec. circa mediũ glos. magne. non ob. absurditas ꝙ traditio fit a domino ⁊ transferat quasi dominiuz quia hoc contingit propter authoritatẽ rei iudi. que non potest circa trãslatio. dominij operari. vt arg. ĩ. man. l. si fideiussor. §. in omnibus. ⁊ de leg. j. l. si quando. ⁊ ꝑ hoc tollo verba pretoris posita. ꝫ. eo. l. j. in prin. s. quia ibi causa a vero domino habita potest producere suum effectum regularem: hic habita a domino non: ⁊ ideo producat irregularem. arg. ad treb. l. sceuola. ⁊ qd no. in. l. verbis ciuilibus. de vulg. sub. non ob. §. Item queri. qꝛ ibi loquit in acti. ꝑsonali. nec ob. vbũ petit9. qd est in litera qꝛ improprie ponit. ĩ. de act. ⁊ ob. l. actio in ꝑsonã. et l. actionis verbo. nõ obst. d. l. statuliberi a ceteris. §. quintus. qꝛ ibi loquit declaratiue. ⁊ hãc opi. tenet pe. C. cõia vtriusqz iudi. l. j. lꝫ Dy. teneat oppositũ. d. l. exceptio. ĩ. de exce. rei iudi. Ray. Andre. tñ videtur sequi aliam opi. qd propter authoritatez rei iudica. transferatur dominium. ⁊ hec est magis cõis apud moderniores. quelibet tamen fortes rões habet. ⁊ dic hoc etiã no. ⁊ dixi. ĩ. de iureiur. l. nam postea. §. fi. ⁊ de condi. inde. l. iulia. ⁊ vide Innocen. extra de concessio. preben. c. proposuit.


Item si seruum. In gloss. qd facere possum. in fi. imo primum verius qd scdm decretum exigatur vt expresse habeat. ĩ. de pecu. l. ediuz. ⁊ ibi dixi ⁊. ꝫ. de iur. om. iud. l. iubere cauere.

1 ¶ Publicianam proponere potest quicunqz põt prescribere.
2 Res minoris tribus modis vsucapi impeditur.
Usucapio sine titulo non procedit.
3 Actio publiciana quando competat pro re minoris.
4 Actio publiciana competit re tradita ex iureiurando.
5 Venientia in rei vendicatione agente domino veniunt ⁊ in publiciana quasi domino agente.
6 Actio publiciana an se habeat in heredem vel successores.
7 Mala fides actoris non debet singulari successori nocere.
8 Argumentum de vsucapione ad publicianam affirmatiuum vel negatiuum an sit validum.
9 Mala fides actoris nocet successori vniuersali etiam bonam fidem habenti.
10 Emptor habens bonam fidem tempore venditiõis ⁊ traditionis potest agere publiciana.

1 
Eum qui a furioso. † Regulariterqz põt pscribere põt publicianã proponere. h. d. ¶ In glo. locus a cõiter accidentibus. simile no. C. de arbi. l. j. ⁊ vide in alphabeto dictione argumentuz. verã cõiter. ¶ Ibi de equitate ꝑpter iustum errorẽ. ⁊ hanc tenet Iac. de ra. ¶ Ibi et si is. hanc tenet Dy. vel dic vt in contrario nota.

Si quis a minore. Glo. op. de. l. cum sponsus. §. si res. ĩ. eo. ⁊ dicit
2 sol. vt ibi. ⁊ vide etiã qd dixi. † tu dic pleni9 ꝙ tria sunt q̃ ipediũt rem minoris vsucapi. primum qꝛ si minor vendit non seruata iuris solẽnitate non põt dare titulũ ⁊ sine titulo vsuscapio non ꝑcedit. C. de rei ven. l. nullo. scdm qꝛ regula est ꝙ res pupilli vsucapi nõ potest. vt. ĩ. de acqui. rerũ do. l. bone fidei. tertium qꝛ res minorum regulariter alienari ꝓhibet. vt. ĩ. de re. eo. qui sub tute. per totum ⁊ vsuscapio est species alienationis. vt. ĩ. de verb. significa. l. alienationis. Item hodie restricta est talis ꝓhibitio per. l. lex que tuto. C. de admi. tuto. † vt ergo scias quando pro
3 re minoris competat publiciana. dic ꝙ interdũ alienatio procedit a maiore ⁊ vsuscapio antecessit antequã inciperet esse minoris: ⁊ tunc cessant omnes. ll. de minoribus qꝛ iste nõ habet titulum nec causam a minore: ⁊ tũc ꝑcedit vsuscapio ⁊ prescriptio ⁊ etiã datur publiciana. vt. ꝫ. de mino. l. etiam. ⁊. C. si aduersus vsusc. l. j. ⁊ ibi no. quãdoqz titulus incipit a ꝑsona minoris ita ꝙ habetur pro titulo: ⁊ tunc scdm iura oĩs prescriptio cessat. vt. C. in qui. cau. in integ. resti. non est neces. l. fin. ⁊ ideo si dicas ꝙ ista regula sit cõuertibilis qui nõ hꝫ publicianam non prescribit ⁊ econtra tunc nõ haberet locũ publiciana. si dicas non conuerti tũc ex quo habet tituluz ⁊ publicianam ⁊ dicemus in hoc iura vetera non esse correcta sed solũ quoad prescriptionez ⁊ in integ. resti. ⁊ hec satis cõis. Quãdoqz incipit titulus in persona minoris sed habetur pro non titulo vt qꝛ sciebat eũ minorem ⁊ qꝛ deficit titulus non vsucapi. vt. ĩ. de vsusca. pro empto re. l. ij. §. si a pupillo. Et ꝙ iniustus titulus non excuset nec det causam prescribendi nec publi. facit. ꝫ. eo. l. j. dum dicit ex iusta causa. extra de emp. ⁊ ven. c. ij. C. de iure fis. l. ij. lib. x. ⁊ qd not. in glo. C. pro donato. l. irritũ. Aliquãdo habetur pro titulo vt qꝛ credit eum minorem vel qꝛ habet titulum ab alio ꝙ a minore et tunc res põt prescribi scdm Iaco. de are. ⁊ sic põt intelligi hic ⁊ d. §. si a pupillo. ⁊ hoc si res erat alienabilis. si vero nõ erat alienabilis tunc aut sola opinione est minoris ⁊ põt vsuca. vt not. ĩ. de doli excepti. l. apud celsum. §. si minoris. ⁊. d. l. bone fidei. de acquir. re. do. Si vere erat minoris: tũc aut per alium extraneuz est facta alienatio: ⁊ scdm vltramontanos potest vsucapi quia cessent predicte prohibitiones vbi minor nõ alienat sed alius. Tu tñ distingue qꝛ aut est res pupilli: ⁊ illa non põt vsucapi vel prescribi. vt no. ĩ. eo. l. cũ sponsus. §. si res. in re adulti procedere põt opinio vltramõtanorũ. si sit alienatio a minore scdm vltramontanos nõ põt pscribi nec dat publiciana. vt. d. l. cũ spõsus. §. si res. hec vera iure veteri. hodie sicut dixi cessat oĩs pscriptio cõtra minorẽ. vt. d. l. fi. C. in q. cau. in inte. resti. nõ est necessaria.

4 Si petenti. † Lectura glos. non placet Iaco. butri. qꝛ nimis violentatur litera ⁊ quia traditione secuta deberet dari publiciana contra omnem excepto domino. ⁊ si dicas ꝙ dictio dũtaxat. excludat solum dominuz. male dicis quia textus dicit ⁊ soli nocere qui detulit. ⁊ ideo ponit casum secundum dominum Mar. syli. quod agebam ꝯtra te publiciana dicens me quasi dominũ. detulisti mihi iusiurandum ⁊ ego iuraui me quasi dominum presumitur ita verũ esse vt iuraui: ⁊ ideo habeo vtilẽ publicianam ⁊ qꝛ hec publiciana non venit ex traditione sed ex iureiurando: et ideo non competit nisi contra deferentem. ¶ Item habeo acti. in factum vt nota. ĩ. de iureiurand. l. sed ⁊ si possessori. ¶ Si autem iuramentuz deferatur paratur ei sola exceptio. ¶ Et hec est ipsa veritas. secundum ipsos Marti. ⁊ Iacob. ⁊ secundum hunc intellectum iste. §. nihil faceret pro opinione pet. quem allegat pro casu qd publiciana detur vero domino vt dixi. ꝫ. eod. l. j. versi. de alio. scilicet quod traditio. sed secundum lecturam gloss. bene facit pro ipso pe. Item aduerte aliud in quo male dicit gloss. dicit enim quod publiciana est eadem cum vtili rei vendica. quod falsum est. nam alia est rei vendica. directa alia vtilis alia quasi dominium quod resultat ex publiciana vt plene dixi scdm Dy. ꝫ. eo. l. j. circa fin. ver. est etiam vnum aduertendum. ⁊ ideo dic secundum Pet. ⁊ Iaco. quod non est inconueniens nec absurduz ꝙ publiciana concurrat cum rei vendi. directa ⁊ vtili imo dicunt quod hic est casus ꝙ vna non impediat aliam. ¶ Alia contraria que assignat glo. de. l. nam postea. §. fi. ⁊. l. sed ⁊ si possessor. de iureiuran. non meruerunt signari quia non sunt contraria sed diuersa. ¶ In glo. cur. non contra oẽs. in fine. hec gloss. tota est contra rõnem tex. dum dicit enim soli. ⁊c. qꝛ dicit aut nitor ex vero ⁊ probato iure ⁊ datur publiciana contra oẽs excepto domino. aut nitor ex iure presumpto per iuramentum: ⁊ tũc ex eo iuuor solum contra deferentem ⁊ eius successorẽ vt hic. ⁊ de hoc vide quod no. ⁊ dixi de iureiuran. l. nam postea. §. fin. ⁊. l. sed et si possessori.

5 In publiciana. † Que veniunt in rei vendicatione domino agente vt fructus ⁊ similia veniunt in publiciana agente quasi domino. hoc dicit. Querit Dyñ. ĩ. de acqui. rerũ domi. l. rem in bonis. an ad hoc vt detur publiciana sit necesse possessionem vacuam tradi-

tam esse, an sufficiat sola rei traditio per non dominum facta licet possessio vacua trãslata non sit, et videtur quod sola traditio sufficiat vt.§.eo.l.j.vbi tantum traditionem requirit ꝛ quia sic est in rei vẽdi.j.de fundo dotali.l.si fundus.§.titulo proximo l.si ager.ꝛ vtrobiqꝫ not.ergo sic erit in publiciana vt hoc.§.ipse Cy.tenet contra ꝛ dicit requiri translationem vacue possessionis quia ad hoc vt publiciana competat inter alia necesse est ꝙ ceperit vsucapere ꝛ nondum vsuceperit secundum communem opinionem glo.vt dicta.l.j.§.eo.ꝛ institu.de acti.§.alie.sed vsucapio inchoari non potest sine possessionis translatione lꝫ habeam detentionem,vt.j.de vsusc.l.vsusca.ꝛ.l.sine possessione.ergo apparet necessariam esse possessionem vacuam ꝛ solam traditionem non sufficere ꝛ ita pronunciatum fuit mutine. Dy.et de hoc dixi.d.l.rem in bonis.

6 **Hec actio.** †In glo.non vt heredibus in fine.Et est ratio quia directa datur ideo quia dominus ꝛ ideo si heres est dominus datur sibi vt cuicunqꝫ domino sed publiciana datur ratione tituli,vt.§.l.j.quem constat heredem non habere nisi ex persona defuncti ergo sibi datur vt heredi Andre.ꝛ vide quod nota.C.de prescriptioni.xxx.anno.l.si quis emptionis.§.j.

7 **Pretor ait.** Mala fides† actoris singulari successori non nocet.hoc dicit et vide qꝺ not.C.de acqui.possess.l.vitia ꝛ de reg.iur.l.quod ipsis.glos.tenet ꝙ iste.§.hodie sit correctus per aut.male fidei.C.de prescrip.longi temporis.domin⁹ Richar.dicebat se in hoc dubitare.And.hic tenet ꝙ iste.§.non sit correctus per dictam authenti.nec per iura canonica que etiam exigunt bonam fidem,licet enim dicta authen.ꝛ iura canonica dicant vsusca.vel prescrip,non ꝓcedere male fidei possessore alienante hoc est verũ contra dominum vt ibi dicitur:vnde in illis casibus in quibus daretur publiciana contra dominum qui no.j.eo.l.penul.bene concedit hunc.§.esse correctum ꝛ ꝙ tũc vitium authoris seu mala fides bene noceret successori.sed quando datur solum cõtra extraneumn nulla insurgit iniquitas nec de illo loquitur.d.aut.vnde vbi a pñcip.sum male fidei emptor non habeo publicianã qꝛ ex improbitate mea non debeo consequi acti.vt.j.de furtis.l.itaqꝫ fullo.sed si ab initio habeo bonam fidem licet author meus habeat malam bona fides quam habui ab initio cõseruabit mihi publicianam contra omnes preterꝙ contra dominum quia non subest aliqua ratio denegandi.pro hoc etiaꝫ facit quia licet corrigatur ratio tamen remanet dictum,vt.j.de testamentis.l.is qui.deportatus enim non testatur quia non habeat bona qꝛ erant publicata.hodie correcta est ista ratio qꝛ bona non publicantur,vt.C.de bonis ꝓscriptorum.aut.bona damnatorum ꝛ tamen remanet dictum ꝛ ius vetus quia testari non põt,vt.d.l.is qui de testamentis sic dicam in ꝓposito licet per aut.male fidei sit correctum ꝙ male fidei possessore alinante non procedat vsucapio contra dñm nihilominus remanebit iste.§.contra extraneum ꝛ dabitur publiciana ꝛ maxime quia iuriuꝫ correctio vitanda est.C.de ap.l.precipimus hanc etiam opi.sequitur hic

8 Jac.de ra.†ꝛ dicit ꝙ licet ista ꝯsequẽtia sit vera vsucapit ergo cõpetit publiciana.Ista tñ nõ est ꝯa nõ vsucapit ergo nõ competit publiciana.nam quedã non vsucapiũtur in quibus tñ cõpetit publiciana vt no.in gl.§.hac eadẽ.l.in prin.ergo aut.male fidei que tollit vsucapionem ꝛ prescrip.cõtra dñm nõ ꝓpter ea tollit publicianam cõtra alium.Item.d.aut.male fidei loqꝫtur solum in immobilibus vt ptꝫ in cor.vnde sumit ergo dato ꝙ corrigatur tñ puto ꝙ nõ corrigatur nisi cõtra dñm vt predixi ꝛ vide.j.§.proxi.ꝛ qꝺ dixi dicta aut.male fidei,ꝛ est ratio ſm Ray.qꝛ pscriptio ꝓcedit contra naturalẽ equitatem ꝛ preiudicat dño.publiciana vero procedit de equitate ꝛ non preiudicat domino.Ray.

9 **In hac actione.** Mala fides actoris † nocet vniuersali successori etiam bonam fidem habenti.h.d.Et dic aut successor est vniuersalis aut singularis.Si vniuersalis attenditur solũ bona fides vel mala defuncti non successoris qꝛ est successor vitiorum ꝛ culpe defuncti ꝛ in vsucapionibus spectamus initium,vt.C.de vsusc.trãsfor.l.vnica.§.hoc ꝓculdubio.ꝛ hoc verum si possessio fuit tradita defuncto bona fide recipienti.secus si heredi mala fide recipienti vt.j.de vsusc.l.heres eius.Scꝺo casu quãdo successor est singularis attenditur eius bona vel mala fides non actoris vt.§.§.proxi.ꝛ ibi dixi.ratio est qꝛ non est tãta idẽtitas successoris singularis ad defunctum sicut vniuersalis ꝛ ideo in singulari successore non attenditur bona vel mala fides defuncti sed solum successoris singularis,vt dixi.Jac.de ra.dicit ꝙ dici posset ꝙ si ego habebã publicianã qꝛ emerã bona fide et vendo tibi mala fide ementi verum est ꝙ non habes publicianã ex persona tua propter malã fidem tuã.sed illa que mihi venditori cõ petebat ad te emptorem translata est qꝛ venditor cause ius suũ trãsmittit in emptorem,vt.j.de contrahẽ.empt.l.qui tabernas. ¶ In glos.scilicet mihi ibi.§.partus.j.eo.l.si ego.

10 **Publiciana.** †Ad hoc vt publiciana competat exigitur bona fides emptoris tempore venditionis ꝛ traditiõis.h.d.Et vide qꝺ dixi.§.e.l.j.ꝟsi.de tertio.§.ꝙ tpe traditiõis.Et nõ ob.j.e.l.si ego.§.part⁹.vt ibi no.

1 ¶ Consequentia ista non potest vsucapi:ergo non habet publicianam:an sit bona.

1 **Traditionem.** †Alꝰs est.§.ꝛ incipit in li.ꝛ bene est de materia precedentis.§.cõiter tamen allegatur pro.l.ꝛ gl.hic colligit ꝙ ista sit bona consequentia non põt vsucapi ergo non datur publiciana.contra hoc tñ oppo.ꝛ non soluit de.l.cum sponsus.§.in vectigalibus.j.eo.sed solu.vt ibi.Et an dicta consequẽtia sit necessaria ꝛ bona vide qꝺ no.§.pxi.in pnc.ꝛ quod dixi.§.eadem.l.§.pretor ait.

1 Publiciana ꝛ rei vendicatio in quibus equiparentur.
2 Distinctio hominis non hꝫ locuꝫ vbi nulla est distinctio legis.

1 **De pretio.** †Glos.querit an in publiciana requiratur esse solutum pretium vel fidem habitã de eo ꝛ tenet ꝙ nõ per.l.istã.ſꝫ in cõtrariũ videtur qꝛ quecunqꝫ seruãtur in rei vendi.seruãtur ꝛ in publiciana,vt.§.eo.l.eum qui.§.in publiciana ſꝫ in rei vendicatione exigitur pretium esse solutum vel fidem de eo habitã.vt insti.de rerum di.§.vendite.ꝛ hãc videtur sequi hic Jacob.de rauen.Et ad hãc.l.respondet ꝙ hic nõ dicit litera ꝙ pretium non debeat esse solum vel saltem fides adhibita:sed dicit ꝙ potest capi coniectura vt sententia pretoris non sit vt soluatur pretium.Itẽ dato ꝙ coniectura esset ꝙ non sit necessarium solui:non tamen dicit quin debeat fides adhibita esse.cõiter ta

2 men tenetur opinio glo.†Secundo colligat aliud gloss.propter qꝺ cõtinue allegat hec.l.scilicet ꝙ vbi lex nõ distinguit nec nos distinguere debemus.ad qꝺ concor.de baptismo ꝛ eius effectu c.maiores de coniugio leprosorum.c.§.in fine.de priuileg.ca.qꝛ circa.ꝛ.§.de offi.presi.l.iij.ꝛ ibi de hoc dixi in fi.In contrarium allegat gloss.j.de testi.l.quesitum ꝛ plures alias leges ad quas responde vt glo.ꝙ verum est ꝙ non debet distingui cum.l.loqꝫtur indistincte nisi per aliã.l.distinguatur ꝛ sic cessant cõtraria.ꝛ de hoc no.lv.distinc.c.si euãgelica.in glo.ꝛ per Archi.¶ Ad hoc oppo.glo.ꝛ nõ soluit de.c.preterea.extra de officio delega.Sed ad illam responde vt dictũ est quia intelligi debet vbi alia decretalis non distinguit.nam per alias decretales.et.l.cauet ꝙ concessa iurisdictione videntur concessa omnia sine quibus exerceri non potest,vt ibi not.

1 ¶ Publiciana locum habet etiã in quasi traditiõe rei empte siue ante venditionem siue post.
2 Venditione a diuersis non dominis facta melior est conditio possidentis.
3 Publiciana non habet locum in re furtiua quemadmodũ nec rei vendicatio.
4 Publiciana nõ hꝫ locuꝫ in re que sui vitio vsucapi non potest.

1 **Siue autem.** §.si quis rem.†Et vera traditio ꝛ quasi sufficit ad publicianã siue precedat venditionem siue sequatur.hoc dicit.ꝛ glo.dicit hoc verum si res sit presens,vt.§.ti.proxi.l.eius rei.tu dic etiã si nõ sit presens,vt ibi no.ꝛ dixi.ꝛ gꝫ quid dicat glo.dic qꝺ differentia est inter primũ ꝛ scꝺm casum huius.§.qꝛ in primo casu fuit sola patientia que pro traditiõe habet insti.de rerũ diui.§.interdũ.et de acquir.re.do.l.qua rõne.§.interdũ.in secundo casu fuit facta traditio ꝛ venditio sub conditione qua existente purificat venditio ꝛ traditio,vt.l.sub conditione de solu.ita ꝙ in vtroqꝫ casu fuit facta traditio ante venditionem.Jaco.de rauen.

Idem et si hereditatem. ¶ Opponit glos.de.l.j.C.de euic.et sol.vt hic et ibi no.¶ Fortius opponit Jac.de rauen.aut res erat hereditaria ꝛ factus est dñs ꝛ ideo nõ dat publiciana.scꝺm opi.gl.aut nõ erat hereditaria ꝛ non videtur vendita et sic cum nõ habet titulum nõ dabitur publiciana,vt.§.eo.l.j.ꝛ.j.de euic.l.serui venditor.dic qꝺ in vtroqꝫ casu locus est publiciana.cum dicitur si nõ erat de hereditate nõ videt vendita verum est quo ad euict.sed bene videt vendita vt transferatur dñium in emptorem sit tradens erat dñs vel vt paret cã vsucapiendi si erat non

erat non dñs potest esse res hereditaria z non est dominus: qz in hereditate veniunt etiam res cōmodate z deposite defuncto. vt.§.de peti.here.l.z non tantum.sic z vbi venditur domus nō vendūtur res singulares habentur tamen ex cā emptionis, vt ʒ.de vsusca.l.eum qui edes. z idem de partu ancille.vt.ʒ.eod.l.si ego.§.partus. Jacob.de rauen.

a 2 **Si duobus.** [a] Si duo emunt a diuersis non dominis melior est conditio † possessoris.si ab eodem non dño melior est cōditio eius.primo qui traditionem accepit.hoc dicit si duo emunt ab eodem dño.iste casus est C.de rei ven.l.quoties.z vide qd ibi not.z dixi.z cōcor.extra de preben.c.si a sede aplica.lib.vj.z de prescript.c.duobus.eodē li. ¶ Op.q etiā si habeant cām a diuersis non dñis sit melior cōditio ei⁹ qui per traditionez accepit.vt.ʒ.de act.empt.l.si ea res. §.fi.vbi de hoc. Solu.aut duo habent cām ab eodem dño:tunc melior est cā eius qui traditionem accep.vt.d.l.quoties.nisi ille qui primo emit licet posteriori loco sibi tradatur sit psona priuilegiata cui ex solo titulo sine traditione dñium acquiratur qz tunc potior est.C.de sacrosan.eccle.l.vt inter diuinum.aut duo emūt a duobus vnus a dño alter a non dño z melior est cōditio eius qui emit a dño.vt.ʒ.eo.l.fin.nisi non dñs habeatur pro domino vt quia erat procura.dñi qui autem vendidit z tradidit. Aut habuit causam ab eodē.primo non dño postea effecto domino z obtinet qui primo emit.vt.§.ti.pri.l.si a titio.z de doli excep.l.apud celsum.§.si a titio. Aut duo emunt ab eodem non domino:tunc melior est eius conditio qui primo p traditionez accepit.vt hic in primo respon.aut duo emunt a duobus nō dominis z tunc aut agunt inter se z melior est cōditio possidentis vt in secundo respōso.aut agunt contra extraneum z melior est conditio eius qui primo traditio.accep.vt dicta.l.si ea res.vt.ʒ. de acti.empt.§.fi. Jac.but. ¶ Si duo emunt vnus a creditore vendente ex pacto vel ex lege.alius a debitore potior est emens a creditore.ʒ.de diuer.z tēpo.pscript.l.de accessionibus.§.fin.et hic in fi.gl.magne. Sed si agatur de iure pigno.seruatur ordo conuentionis qz in his que perficiunt solo cōsensu attenditur tps.z ordo conuentionis.vt.ʒ.qui potio.in pigno.habe.l.si non dñs vbi de hoc. In his aūt que perficiuntur traditione attenditur tps z ordo traditionis vt hic.z.l.quot.de rei ven. ¶ Itez collige cautelam Gui.de suza.ad repellendū volentē agere publiciana cōtra possessorē videlicet q possessor anteq citetur faciat sibi vendi per aliquem nō dñm quia portior erit cum pos-

3 sideat vt in fine huius.§.B. ¶ † Ultimo attende duo pulchra que hic tangit Jaco.de rauē.primum est pone qd emisti rem a non domino bona fide deinde tibi surripitur.ille qui surripuit vendit z tradidit mihi bona fide ementi agis contra me publiciana.dico sicut tu emisti a nō domino bona fide ita z ego. vnde potior est causa mei possidentis p istum.§.in secundo casu nunquid debeam absolui.dicit ipse quod iudicatum fuit quod sic in ciuitate sua.sed dicit male fuisse iudicatum quia iste.§.loquitur quando illi qui emerunt a diuersis nō dominis sunt in pari causa quia tunc est melior conditio possidentis.sed in questione proposita non sunt in pari causa quia secundus non habet publicianam quia res sibi vendita erat furtiua:z ideo vsucapi non potest nec publiciana locum haberet, vt.ʒ.§.proximo hec actio. ¶ Sed pone emi rem a non domino.mihi tradita est. deinde alius emit z tradita est sibi.si primus cōtendat cum eo ipse primus prefertur.quid si secundus agat cōtra tertium nunquid eidez preferetur:dicit q sic quia differentia est in hoc inter rei vendica.z publicianam quia rei vendic.nō potest simul competere pluribus quia duo non possunt esse insolidum domini.vt.ʒ.commo.l.si vt certo.§.si duobus sed publiciana potest simul competere pluribus:vnde licet secundus succumbat contra primum obtinebit tamen cōtra tertium.sic etiam est in pignoribus.vt.ʒ.qui potio.in pign.ha.l.creditor. ¶ Item glo. in distinctiōe sua dicit quod si habent causam ab eodem nō domino z inter se contendat q potior est ille cui primo res tradita est.pone qd secundus emptor vendidit alij et ita primus et tertius habent cām a diuersis nō dñis.z ita videretur q tertius debet esse potior qz possidet vt in secundo casu hui⁹.§.dicit glo. non est ita qz secundus z tertius emptor habentur loco vnius qz tertius succedit secundo z reputatur idē cuz eo.vt.ʒ.de contrahen.empt.l.dolia.sed primus emptor vinceret scōm ergo et tertium qui habet cām ab eo.vt.ʒ.de reg.iur.l.in his.§.non debeo.hec nō videtur bona ratio. Jac.de ra.pone em̄ q emisti rez bona fide z tibi tradita est alius non habens titulum possidet eam si ageres cōtra eum vinceres eū.sed si ille vendat alij bona fide ementi z possideret primus succumberet cum eo:z tm̄ obtinuisset cum authore eius vnde in isto tractatu publiciane dicit q nō sequitur q si author meus succumberet qd pter hoc ego succumbam qz ego habeo titulum z publicianam que author meus non habebat. Jac.de ra. ¶ Quid si possessor putat se habere titulū z nō habet. Item quid si putat traditionē factā que nō est. Itē quid si habet possessionē ab vno z titulū ab alio:dic vt no.§.de vsucapio.l.si is.z.l.cū non solum.

4 **Hec actio.** † Res que sui vitio vsucapi non potest in ea cessat publiciana.h.d.sec⁹ si rei priuilegio vsucapi nō posset quia tunc non cessat publiciana.vt.ʒ. eodē.l.cū sponsus.§.in vectigalibus. Aduerte quia gl.videtur sibi cōtraria qz in pnci.dicit q vbi p.l.est inhibita alienatio z vsucapio cessat publiciana.postea statim subijcit q si qs emat a pupillo bona fide qd forte datur publiciana:z tamen res pupilli phibita est alienari p.l.vnde vt tollas cōtrarietatē supple ad gloss.dum dicit q in re phibita alienari per.l.dic z contractus fiat scienter cessat publiciana.secus si ignoranter quia tūc iustus error habetur p titulo.vt.ʒ.de vsusca.l.iusto vel dic vt dixi in summario quod res pupilli phibet alienari z vsucapi priuilegio z fauore pupilli.z iō datur publiciana bona fide emēti et ignorāter.qd dicit gl.in fi.de seruitutib⁹ qd nō possunt vsucapi.de hoc dic vt plene nota.ʒ.de seruituti.l.seruitutes.

1 ¶ Traditio rei aliene valida est si domini consensus z volūtas interueniat.
2 Partus apud bone fidei possessorem conceptus z editus ex ancilla furtiua potest vsucapi.
3 Res vitiosa aut furtiua an possit vsucapi.
4 Partus ancille furtiue duobus modis dici potest vitiosus.
5 Partus quibus casibus vsucapi non possit.
6 Matrem emens qua de causa partum vsucapiat.

1 **Si ego.** † Non refert mihi an alij volūtate mea res tradatur.h.d.ar.ʒ.de iure doti.l.z.§.ſ. Si de vsufructu.ibi p suam domum hic est tex.epssus fm Jac.de ra.q publiciana detur vero dño:z ideo gl.violentat text.z exponit suā opinionē vel putatiue.sic etiam violentat.§. de peti.here.l.p herede.§.sed em̄.sed tu fm Jac.tene literā pprie sicut iacet qz ad hoc vt acquiratur seruitus duo requirūtur.scz q cōstituens sit dñs rei in qua constituit.z ille qui cōstituit sit dñs rei cui cōstituit vt.ʒ.cōia pdio.l.j.z qd dño competat publiciana dixi plene.§.e.l.j.ꝟ.de alio.ſ.qd traditio expone ergo suā pprie.z dic q ille cui cōstituebatur nō erat dñs rei cui cōstituebat:z iō dat publiciana z nō cōfessoria. Jac.z vide qd not.§.e. sine.§.hic autem.

2 **Partus.** Partus † apud bone fidei possessorem concept⁹ z editus ex ancilla furtiua vsucapibilis est.secus si apud furem fuerit cōceptus z editus.hoc dicit. Et iste.§.solennis est in ista materia z cōsueuit repeti p docto. ¶ Et diuide qz in prima loqtur in singulari successore vsqz ibi sed heres.ibi loquitur in vniuersali vsqz ibi.interdū.tamen ibi ampliatur dictum in singulari successore vsqz ibi.idem iul.et qdam habent ibi princi.l.ex qua cā.ibi tradit regulam generalem.ibi expecto ventre.vt.ʒ.de verbo.significa.l.etiaz ea mulier.


3 ¶ † Et ad euidentiam est sciendum q iste nō sunt necessarie cōsequentie adinuicē res est vitiosa ergo furtiua ergo non vsucapibilis.nec ista res nō est vitiosa:ergo non furtiua ergo vsucapibilis. ¶ Op.qd de partu mihi non detur publiciana cum nō possederim eum sol.videor possidere cum matrem pregnantem possideo.hanc reprobat Jac.de ra.qz licet partus sit portio viscerum matris.vt.ʒ.de ventre inspi.l.j.§.ex hoc rescripto.et qui possidet matrem possidet viscera: non tamen possidet partum in forma partus.sic qui possidet domum possidet oēs partes domus.sed non sub forma tignorum.vt.ʒ.de vsucapio.l.euz q edes.z.ʒ.§.idem ait edib⁹.als est.l.vnde dic q hic speciale quando sine possessione detur publiciana.sic z.§.l.pri.§.si seruus.vel dic q licet pepit penes alium postea fuit adeptus possessionem et ideo publiciana mihi competit. ¶ Item op.q si partus concipiatur z nascatur penes me bone fidei possessorem quod non habeam publicianam sed rei vendi.cū sim dñs.vt insti.de reruz di.§.si quis a non domino.et.ʒ.de vsur.l.qui scit.§.pterea.solu. illud in fructibus in quibus non computatur partus.vt eodez tit.de vsur.l.in pecudum. ¶ Item oppo.qd partus etiam si sit apud bone fidei possessorem conceptus non vsucapiatur.vt.ʒ. de furti.l.qui vas.§.si ancillā. Sol.hic erat conceptus z editus apud bone fidei possessorem ibi natus tantum sed conceptus apud furem. Sed contra hāc sol.instatur:qz etiam si tm̄ nascatur penes bone fidei possessorem possit vsucapi.vt.ʒ.de vsusca.l. si aliena.§.sceuola. Quidam q corrigitur per.d.§.si ancillaz.tu dic quod aut concepit z peperit penes bone fidei possessorem et loquitur iste.§.aut concepit penes furem z peperit penes bone fidei possessorem.et non potest vsucapi.vt.d.§.si ancillam. Aut concepit penes heredē furis habentem bonā fidem et pe-


a ¶ Si duob⁹. Adde ad istū §.no.p Ja.de are.z Cy.in.l. quoties.de rei vendi.Bal.in c.si facto §.de feu.fue.cōtro. col.x.Jo.and. in ti.de emp.z vē.§.bū.Gui. de suza.in.l.vt inter diuinuz C.de sac.san.eccle.bal.in rub. C.de cōtra hē. empti.

perit penes bone fidei possessorem ⁊ pōt vsucapi vt in cōtrario. 1
¶ Item op. q etiam si non sit furtiuus non possit vsucapi, vt
j. de vsucap. l. iusto. sol. vt glos. ⁊ ad declarationem formet tres
4 qōnes † prima qñ partus dicatur esse vitiosus. Respon. in duo
bus casibus. primus qñ surripitur ancilla pregnās ⁊ concepit
⁊ peperit penes furem. ¶ Item si solum concepit penes furem
licet pariat penes bone fidei possessorem. sol. quero quādo ha
beat locum furti actio. Respon. qñ mater est penes furem ⁊ per
eum contrectatur. sed si conceptus est apud furem ⁊ peperit pe
nes bone fidei possessorem bene est vitiosus ⁊ non potest vsuca
pi tamē eius nomine non competit furti actio. sed que est ratio
differentie: respon. remotis truffis ⁊ colligo rationem p. l. pen.
§. penul. ff. de sta. ho. quia quando tractatur de eius cōmodo, p
nato habetur. sed ita est qd eius commodum est vt p vsuca. nō
transeat in commoduz alicuius. Et ideo habetur p nato vt sic
sit vitiosus sicut mater ⁊ nō vsucapiatur. ¶ Sed quantum ad
furti actionem non queritur de eius commodo vel incōmodo
sed de pena furis: ⁊ ideo tunc attenditur veritas vt ita demum
eius noīe competat furti actio qñ natus fuit ⁊ p furem cōtra
5 ctus. ¶ Tertio quero in quibus casib⁹ nō possit partus † vsu
capi. respōdeo vbicūqz dixi vitiosum esse. Item vbi possessor bo
ne fidei cepit habere scientiam rei aliene ante conceptionem.
Item si scit alienam ⁊ furtiuā post a cōceptione ⁊ ante partum
nisi denunciet domino vt petat si velit vt dicit glo. secus si post
conceptionem ⁊ natiuitatem supueniat scientia: q2 tunc nō no
cet quominus vsucapiatur. Sed quid si defunctus habuit ma
lam fidem heres vero bonam: nunquid poterit incipere heres
6 vsucapere ex sua persona: dic q t in gloss. ¶ † Ultimo quere ex
qua causa vsucapio partum cum emi matrem. ⁊ videtur quod
eodem tit. quo vsucaperem matrem si nō esset furtiua vt hic tu.
dic qd vsucapio titu. p suo vt in gloss. Jac. butr. Et vide de ista
materia qd no. ⁊ dixi. C. de fur. l. ancille. cetera dic vt in gl. ¶ In
glo. alioquin partus. ibi cuz cesset vsuscapio. vt. ff. eodem. l. eum
qui. in pn. l. tradionem ais est. §. fina. d. l. eum qui. Franc. ¶ In
glos. j. titu. hec gloss. est falsa sed expone ex ea causa. i. occasione
vt nota. j. in alia glo. magna. Ric. ⁊. j. pri. glo. ¶ In glos. apud
me cōceptum. ibi p suo. l. ij. quidam habent in gloss. pro socio
l. ij. ⁊ male sed debet dicere pro suo ⁊ melius facit. j. de euict. l. si
pregnans. ¶ Ibi quoad genus non quoad spēm nam vsuca
pit titulo pro suo. ¶ Ibi. i. occasione ista placet pe. Est enim cō
siderare primam causam vsucapionis ⁊ est iusta ignorantia.
qua credit suum esse ⁊ sic pro suo possidet. ⁊ est considerare re
motam. ⁊ ille est titulus qui habetur in matre. et hoc voluit di
cere ista gloss. q titulus matris est occasio. ¶ In gloss. tempore
concipiendi vel etiam postea vt. j. dicam. Fran. ¶ Ibi ⁊ in his
casibus tribus positis vsqz ad versi. vel ibi i quo ponitur quar
tus casus in quo tamen vsuscapio locū habet. Et sunt illi tres
casus cum surrepta est ancilla pregnans cum concepit ⁊ pepe
rit apud furem. Et cum concepit apud furez ⁊ peperit apud bo
ne fidei possessorem. ⁊ in istis casibus cessat vsuscapio in partu
quia furtiuus est. ¶ Quartus est cum concepit apud furis he
redem ⁊ peperit apud bone fidei possessorem. ⁊ hoc casu partus
est vsucapibilis. vt lege si aliena. §. fina. j. de vsusca. Ol. ¶ Ibi
vitio rei. ⁊ sic non datur publiciana. vt. ff. eo. l. eum qui. in pn. ⁊. l.
se. in pnc. et. l. siue. §. hec actio. Franc. vel dic. d. §. fi. nō corrigi. et
qd ibi dicit sceuola refert se ad secundum casum tantuz. s. qñ cō
ceptus erat penes furis heredem quē partum nulla. l. dicit esse
futiuū. ⁊. d. §. si ancillā loquitur de partu cōcepto penes ipm fu
rem. ⁊ ita no. d. l. qui vas. §. si ancillā ⁊. §. se Franc. ¶ In eadem
glo. ibi p suo. l. si ancillā vel forte si ante partum icipiat scire fur
tiuā indistincte non vsuca. vt. j. de vsusca. l. non solum in fi. pmi
responsi. si post habet locum distinctio illius. l. si ancillam. Ri.
¶ In eadē glo. in fi. Si vero post cōceptionem ⁊ post partum
non impedit vsuscapio vt. d. §. si ante q. ⁊. C. de vsusc. trāsfor. l.
vnica. §. hec tantūmodo. secus si furtiua vt. l. si ancillaz. Franc.
¶ In gl. s. pdictis ibi mala fide possedit nō vitio reali in furtū.
Franc. ¶ Ibi q2 vitiorū defuncti successor est. Et pro hoc. j. de
⁊ hec est ratio primi dicti. Ratio secundi dicti est;qꝛ vbi est pre
diũ tuũ ꝑ qđ volo mihi acqrere seruitutẽ ad p̄diũ meũ qđ est vl-
tra flumẽ inchoať iter in p̄dio tuo vsqꝫ ad flumẽ.⁊ sic recte ini-
tiata est seruitꝰ ⁊ iõ vꝫ quocũqꝫ mõ sit flumẽ trãsibile:qꝛ ex q̊ ini
tiata ẽ seruitꝰ sufficit:qꝛ cuiusqꝫ rei ꝑs potissima est ꝑncipiũ.j.
de le.j.l.cũ filiꝰ.§.si hr̄s.⁊.ſ.de orig.iur.l.j.sꝫ ĩ prĩo casu oportet

me initiare seruitutem a flumine: ideo distinguuntur sic facile trāsibile vt pōte vel vado & valet cōstitutio seruitutis an cū difficultate vt pontonib⁹ vel naui & nō valet vt pdixi. ¶ Et scdm primā lec. vbi inchoat seruit⁹ a flumine diuidit in quatuor partes. In prima ponit vbi inchoat seruit⁹ a flumine. ī scda vbi inchoat a pdio intermedio inter meū prediū & flumen & pdia erāt diuersorū. in tertia qñ eiusdē dñi erant predia. in quarta ponit decisionē vtriusq dicti tam secūdi q tertij. vni⁹ tñ expresse alterius tacite scda ibi aliogn. tertia ibi sed videam⁹. quarta ibi q si est. ¶ Et scdm hāc lectu. summarie dicit Flumine publico interueniente qd nō transit vado vel ponte impeditur inchoatio seruitutis a flumine. sed inchoari a predio medio non impedit. Et pōt esse rō q facili⁹ impedit inchoari q inchoata interpellari. C. de vsucap. transfor. l. j. §. hoc pculdubio scdz scdam lec. diuide in tres ptes. nam in prima ponit vnū dictū. in scda scdz. in tertia reuertit ad primū vt illud corrigat. scda ibi aliogn. tertia ibi sed videamus. ¶ Uel pōt diuidi in quatuor, vt in prima lectura. & ibi sed videam⁹ reuertit ad primū dictū & legit suspen siue vsq ibi qd si est. & ibi incipit respondere. ¶ Collige ergo q aliquando est medi⁹ locus sacer & impedit seruitutē vt. s. de seru. l. seruitutes rusticorū. §. sacri loci. Aliqn interuenit via publica in medio vel alius locus publicus & dic vt ea. l. seruitutes. §. publico. Aliquādo locus priuatus & distingue an impediat vsum seruitutis vel nō vt. s. e. l. qui sella. §. fi. & ibi dixi. Si flumē publicum locum habet hec. l. H. tamen in apparatu suo dicit opi. Joh. fuisse quod flumen impediat constitutionem seruitutis directam sed non vtilem.

¶ Communia prediorum. Rubrica.

1 ¶ Edificia vbicunq posita dicuntur predia vrbana.
2 Conuentio duorum super re religiosa an sit valida.
3 Uendens hereditatem vendere intelligitur saluis iuribus que habebat contra hereditatem.
4 Concessio seruitutis facta cum pacto quod non possit tempore amitti an sit valida.

Nota hanc q̄stionem lucrosam.



Super rubrica. Uide Azo. in summa pādectarum hoc eo. tit. †Edificia vbicūq posita dicuntur predia vrbana. j. e. l. j. Et seruit⁹ debet a predio pdio & non hñti prediū deberi nō pōt. j. eo. l. j. De aqua tollenda ex flumine publico & seruitutem pro ea constituenda. j. e. l. ij. Et qd sit castellū & qd roca vñ aqua ducit. Habēs duo predia si vnū tradat pōt ei imponere seruitutē. j. e. l. †Duorum conuentio super re religiosa nō valet. j. eo. l. caueri. Et an valeat conuentio qd ecclesia nō eleuetur vltra certam altitudinem vel qd in cimiterio nullus debeat recipi ad sepulchra certe parochie. An qs possit querere seruitutez alteri vel pro parte. j. eo. l. propriū. habens duo predia pōt vēdito imponere seruitutē & econtra. j. e. l. si qs duas. Ad partem diuisam predij potest seruitus qeri ad indiuisam nō ea. l. §. si qs ptem. Quid iuris est in vno vendente fundum suum idē in duobus vendentibus cōmunē ea. l. §. item si duo. Si venditor dixit suas fore edes quas vendebat cum non essent quid iuris. j. eodē l. si venditore. Indefinita sui propria natura nō equipollet vniuersali. j. eo. l. in tradendis. Et an valeat generalis exceptio seruitutis & si verba pñt habere duplicē intellectū qd fiet de medio predio q non seruit qñ impedit seruitutē. e. l. §. interpositis. habens duas edes & eas vendens an possit imponere seruitutez. j. e. l. si cum duas. †Uendens hereditatē vendere intelligit saluis iuribus que habebat contra hereditatē. j. eo. l. si ei. Generalis exceptio seruitutis quid operetur. j. eo. l. quicquid. Seruitute cōcessa videnf cōcessa necessaria seruituti & nō alia. j. e. l. & refectionis. Jura realia sequnt fundos ad quoscunq perueniāt vt. j. eo. l. cū fundus. Licet nō valeat qd iure seruitutis concedēs cōtrauenire non potest. j. eo. l. venditor. †Et an possit concedi seruitus cū pacto qd tpe amitti non possit. De cōsuetudine spāli alicui⁹ loci ea. l. §. si constat. Et de lapide cedendo certo mō & de significato dictionis nisi. In vltima voluntate pōt seruit⁹ cōstitui. j. eo. l. pōt. Immissum in meo possum tollere authoritate ppria nec presumor donationis causa fecisse. j. eo. l. si pcario. An act⁹ viuentium & morientiū possint esse in pendenti. j. e. l. recptū. Et an confirmatio retrotrahat. Et an ad consuetudinem inducendam possint actus eorum qui mortui sunt.

1 ¶ Seruitus vrbana potest constitui siue edificium sit in ciuitate siue in villa.

Uide ad elucidationē isti⁹. l. Ang. i. §. ideo autem. insti. de seruitu.



Edificia. Habitādi cā facta & hoc tollit vnū cōtrariū. ¶ Et breuiter tria dicit. primo qd siue edificiū sit in ciuitate siue in villa pōt ei vrbana seruit⁹ †cōstitui q nō loco sz qlitate discernitur. C. de predijs minorum. l. si predium. & j. de verbo. sig. l. vrbana pdia secūdo quod ideo dicit seruit⁹ pdialis quia predio & a pdio deberet nec potest constitui nisi inter dominos vel quasi predij seruientis & dominantis. ¶ Op. qd etiam si non sunt domini possint constitui vt. s. tit. j. l. labeo cū si. Sol. vt gloss. Item op. de. l. j. j. tit. pri. Sol. lz non sit dñs sepulchri est tñ quasi dñs q ius inferēdi mortuū in eo habet. ¶ Et caue a glo. q dicit administratores ecclesiarū posse constituere seruitutem q hoc nō est verū q est species alienationis vt. j. de verbo. sig. l. alienationis quam non potest facere solus prelatus vt. C. de sacrosanc. eccle. authen. hoc ius porrectum & extra de rebus eccl. non alie. c. hoc consultissimo. lib. vj.

1 ¶ Seruitus aque per solum principem constitui potest.

1 Ex aqua. †Oppo. aut hic loquit de flumine publico & non pōt seruit⁹ cōstitui q nullus potest talem aquam concedere nisi princeps vt. j. de fluminibus. l. quomin⁹. aut est priuatū & tunc etiam non potest constitui cum non habeat aquam perpetuaz. ¶ Metu hui⁹ contrarij sunt hic plures lecture que patent ex gloss. Et qd sit castelluz vide. j. de aqua quoti. & esti. l. j. §. ait pretor. & §. penul. & de act. emp. l. fundi. §. pe. & qd sit rocha. j. de ptrahen. emp. l. q fundū. §. rocham. Jac. de ra. ponit aliam lectu. Habeo fundū & tu vltra meū fundū habes tuū fundū iuxta flumen. concedis mihi q possim p fundū tuū aquā ducere de flumine publico. nūqd valet impositio seruitutis nō mero iure: q videt concedere haustuz aque de flumine publico quod nō pōt, sed de eqtate valet: & iō tuebitur in iure concesso actione & exceptione. & in hac differt a prima lectu. glo. q hic concedebat ius ducendi p fundum suū ibi non. Jacob. de ra.

Duorum prediorum. Qui de duob⁹ fundis vnū alienat potest retēta seruitute acquirere vel imponere. h. d. concordantie sunt in gloss.

1 ¶ Conuentio facta sup iure religioso non valet.

1 Caueri. Conuentio †facta sup iure religioso nō valet. hoc dicit. Cōcor. j. de relig. l. quod si locus & ibi in gloss. Et adducit Jaco. de ra. ad talē qōnē. Fratres q appellant fratres de sacho in quadam ciuitate volebant edificare vnū locum iuxta fratres minores. & quandam ecclesiam parochialē minores & sacerdos parochialis phibebant. tandē deuenerunt ad concordiam qd isti fratres possent edificare ecclesiam certe altitudinis & nō vltra. & qd deberēt habere cimiteriū non tamē deberēt recipe ad sepulturam in eorū cimiterio aliquē parochianū dicte parochie. qrebat an ista pacta forent valida & obseruanda. determinatū fuit q non. p hanc. l. & j. de relig. l. qd si locus. cuz ibi no. ad hoc vide qd not. p Archi. xiij. questio. ij. c. vltima voluntas. & de pactis. c. j. lib. vj. vbi est casus. & vide ibi Archi.

1 ¶ Utile non debet p inutile vitiari si pōt p inutile separari.

1 Proprium. Ibi & socio id est fundo alteri qui rem amiserat in cōmuni. Ray. †Et breuiter dicit q vtile p inutile non vitiat si potest per inutile separari. ¶ Et diuide in tres partes q in prima formant due questiones. vsq ibi responde seruitutem. ibi respondet prime questioni vsq ibi solum autē. Ibi respondet secūde qōni vsq in fi. Gloss. assignat differētiam inter socium & extraneū & male nisi dicas qd aut erat socius eius predij cui volebam seruitutē qrere. & p pte sua non possum seruitutē constituere: quia ad partem indiuisam non pōt constitui seruitus. & hic est secūdus casus hic positus. aut non erat socius sz extrane⁹: q volebam acquirere duobus fundis quoruz vn⁹ est meus alter alterius non communis. & ita ille dicit extraneus & tunc meo fundo possum seruitutē acquirere fundo alterius non. & hic est primus casus huius. l. Jac. but. Et dicit Jac. de ra. pdicta fore vera nisi faceret tanq gestor socij vel extranei & ille ratum haberet tunc enim valeret etiam quo ad socium & extraneum vt. s. de nego. gest. l. si pupilli. §. item queritur.

1 ¶ Duo predia habens an possit facere quod vno vendito alter seruiat hoc est qd retentus seruiat vendito.
2 Seruitus an possit ad partem diuisam acquiri.
3 Traditio an possit simul & eodem momento a duobus fieri.

1 Si quis duas. †Siue predia sint rustica siue vrbana vno vendito & altero retento pōt seruitus imponi vēdito et econtra etiam si sit in medio alter non seruiēs dūmō vsum seruitutis non impediat. secus si nullus fundus retineatur. hoc dicit.

Si quis

2 **Si quis partem.** †Licet ad partem diuisam possit acquiri seruit⁹ ad partem indiuisam non pōt.h.d.⁊ qd dicit imponere subau.certe nō q2 per ptes ⁊c.ad euidētiā dic qd de vna domo possunt fieri due non solum destinatione patrisfa.sed interiecto medio pariete s3 de vno fundo possunt fieri duo sola destinatione patrisfa.etia3 nullo interiecto.

Item si duo. Quod dictū est.§.in vno vendente vnā ex domibus suis. Idem in duobus vendētib⁹ domos cōes si vterq3 cōsentiat. ¶ Ibi simul.s. ambo tradēdo vnam tm̄ non ambas. ¶ Ibi possum⁹ siue retēta
3 ta seruiat tradite siue econuerso. Jac.but. ¶ †Op.gl.qd simul eodē momento nō possit fieri traditio p duos vt.§.de sta.ho.l. arethusa. ¶ Gl.soluit duob⁹ modis tu dic fm Jac.de ra.ꝙ nō est incōueniēs nec impossibile duos simul eodē momēto tradere domū cōe3.nā eo momēto quo tradis ptē tuā possu3 tradere meā:nam ad acquirendū possessionē sufficit animus ⁊ attingere minimā partē rei vt.j.de acqui.pos.l.iij.in prin. ¶ In gl.vl.ibi qd verū est.tu dic ꝙ hic socius domui cōi non pōt acqrere seruitutē vt.§.eo.proprium in fi.nec imponere pōt fundo pprio alterius socij non aūt negat rem propriam cōmuni seruire posse ⁊ sic male dicit gl.in pn̄.nec.l.illa debuit signari p ɔtraria. Ric.

1 ¶ Venditor dicens simpliciter rem venditam esse seruam an possit quālibet illi seruitutem imponere.

2
1 **Si in venditione.** a†Hec.l.ponit duos casus vnus est cū vēdo edes ⁊ dico ꝙ sint serue s3 non dico cuius. ¶ Secūdus est qñ dico qd seruiāt titio. Et ne finis contradicat princi.si dicat quis edes suas seruas fore pōt imponere seruitutem sibi vel alij intellige prin.fm fine3 seruitus em̄ non promissa nō pōt imponi nisi hoc esset specialiter actum fm Jaco.de ra. Et expone literam ibi idemq3 ait ⁊ si possit venditor subau.qui dixit rē venditam titio seruire cu3 seruitus non esset debita nec promissa titio ante ventionem.

1 ¶ Indefinita oratio qualiter equipolleat vniuersali.
2 Exceptio seruitutis quando est generalis an valeat.

1 **In tradendis.** Indefinita oratio†nō de sui natura sed ex necessitate vt res poti⁹ valeat ꝙ̄ pereat equipollet vniuersali. ¶ Oppo.ꝙ interpretatio fieri debeat cōtra proferentem vt.§.de pactis.l.veterib⁹. Sol.fm Mar.sil.illa loquitur in oratione ambigua vel obscura non in incerta q̄ incertitudo causat a generalitate vel ab alternatione vt hic. Qd ergo eliget hic rn̄deo hec est regula ꝙ vbicunq3 vba habent duplicem intellectum ⁊ scdm vnum res valet scdm aliū vitiatur eligimus illū fm quē valet vt.j.de verbo.ob.l.quoties.⁊ de reb.du.l.quoties eligimus ergo hic ꝙ seruit⁹ valeat ⁊ ita solet solui brocard.qñ interpretatio debeat fieri cōtra proferentē qd sit qñ res fm vtriusq3 intellectū pōt valere. Sed si pōt valere solū fm intellectū vnius tūc illius seruat intellect⁹.de hoc plene dixi.§.de pactis.l.veteribus. Jac.de ra.hic tenet ⁊ Gui.de suza.ɔ glo.quod vbi seruitus gn̄aliter excipit nihil valeat.ita qd alternatiue prima pars est vera.⁊ dicit ꝙ est quidā modus loquendi ⁊ exponit literam aut nihil valeat ⁊ hoc est verum:q2 incertū est q̄ seruitus sit excepta subaudi.aut si diceremus quod valeret oīs seruitus imponi debeat ꝙ est incōueniēs ⁊ absurdū.possent em̄ imponi tot seruitutes ꝙ expediret emptori potius non habere rem ꝙ̄ habere.vñ tenet qd hoc casu nulla seruit⁹ possit imponi
2 vel dicit ipse si vis defendere gl.ꝙ valeat generalis exceptio†seruitutis intelliges dictionem omnis distributiue non collectiue quasi dicat non oīs seruit⁹ simul pōt imponi sed vna tm̄ quam venditor eligere voluerit ⁊ scdm hoc cessat absurditas de qua §.dixi. Et pro opi.glo.in fine est quia in vsu singularis iuris sepe plura eiusdem generis complectimur.vt.j.de verbo.signifi.l.in vsu.⁊.C.de comitibus rei militaris.l.j.lib.xij.

Interpositis. Inter prediū seruiens ⁊ cui seruit nō debet esse medium quod nō seruiat. ¶ Et dic qd aut medium predium non seruiens nō impedit vsum seruitutis ⁊ īpedit eius cōstitutionē:recōualescit tamē postea seruitus si medius locus incipiat seruire.sed si medius locus non seruiens nō impedit vsum seruitutis vt q2 est meum ⁊ possum per eum ire iure dn̄ij licet non iure seruitutis tunc nō impedit seruitus vt hic gcquid dicat glo.⁊ de hoc dixi.§.ti.pri.l.quia sella.§.fi. Et licet glo.referat illa verba ita vt conualescat ⁊c.solū ad rusticas seruitutes Ja.de ra.dicit referri debere etiā ad vrbanas.sed frequētius accidit qd mediu3 quod non seruit impedit vsum seruitutis in rusticis ꝙ vrbanis vt ⁊ dixi.d.l.q sella.§.fi.nec mireris ꝙ hic seruit⁹ rustica debeat per predium vrbanum quia hoc esse potest vt in fin.l.q2 seruitus distinguit ex parte predij cui seruitur.vt not.⁊ dixi.§.de serui.vr.predi.l.j.

1 ¶ Seruitutem alteri querere nemo potest:sibi autem sic.
Rei aliene seruitutem imponere nemo potest.

1 **Si cum duas.** †Alij nō possum q̄rere seruitutē:mihi sic.h.d.qd intellige vt dixi.§.e.l.ppriū in fin. Et dic si habeo duas edes ⁊ vendo ⁊ trado duobus eodem momēto nō possu3 imponere seruitutē:q2 rei aliene nō possu3 imponere seruitutē vt.§.eo.l.j.⁊ seruit⁹ cōfert in id tempus quo sunt aliene.⁊ iō non valet vt.§.tit.pri.l.fundus.sed vbi successiue trado primo vnā postea aliā tunc secus. Et gl.supponit ꝙ non possit fieri traditio eodem momento:⁊ ideo intelligit eodē momēto.i.primo vnā ⁊ statim sine interuallo aliam.⁊ sic finis nō corrigit principiū:q2 in principio fuit tradita scda incōtinenti in fine ex interuallo Ja.de ra.videt sentire ꝙ si vni vnā ⁊ alij aliā tradat incōtinēti ꝙ possit imponere seruitutē.⁊ ad illud ꝙ d2 q̄ incōtinēti fiunt inesse vident.vt.l.lecta.j.si cer.pe.rn̄det qd nō est verū indistincte.vñ si tibi deberē soluere certa hora sub pena si statim hora elapsa vellē soluere inciderē in penā.§.de arbi.l.celsus. Vñ dicit ꝙ.l.lecta d3 intelligi in casu de quo loquit:q2 quo ad nouam actionē pariendam ⁊ veterē informandam bene videntur inesse que incontinēti fiant:q2 ex hoc sequit confirmatio actus de quo queritur.sed vbi sequeret actus informatio sicut hic tūc inspicitur veritas ⁊ no cōiectura. Vñ ipse exponit hic literam eodē momēto sicut iacet:quia non est inconueniens ꝙ eodē momento possit fieri traditio.vt dixi.§.e.l.si quis duas.§.itē si duo. Et exponit literam sed ante traditionē peractam hoc est quan a do non tradit simul sed successiue.vñ principium loquitur quādo tradit simul eodem momento.finis quando non simul sed successiue.⁊ sic finis non corrigit principium.

¶ a Si ī vēditione. Adde p faciliori itelligētia hui⁹.l.ang. et imo. post bar.i.l.si qs legauerit.j.de lega.j.bar.i.l.qs gd.j.eodem.

1 ¶ Vendens hereditatem tacite agere videtur quod iura sua salua sint.

Rei. †Qui vendit hereditatē tacite agere videt qd iura sua salua sint ac si ab ītio ille fuisset heres.hoc dicit.

1 ¶ Generalis exceptio seruitutis ius seruitutis non tribuit.

Quicquid. †Generalis exceptio seruitutis ius seruitutis non tribuit sed propter seruitutes extraneis debitas videtur fore dictum.h.d.

1 ¶ Seruitute concessa videntur ⁊ ea sine quibus seruitus inutilis est concessa:alia non nisi sit expressum.

1 **Refectionis.** †Seruitute concessa vidētur ⁊ ea cōcessa sine quib⁹ seruit⁹ esset inutilis alia nō nisi aliud cōueniat.h.d. ¶ Et facit.j.de cleri.l.j.§.qd ait.⁊ quod dixi.§.titul.pri.l.diuus. ¶ Itē opp.de.l.ij.§.tractatū.j.ne gd in loco publico.⁊ solue vt ibi. Et hāc.l.intelligit Jac.de ra.qd accedere possit ad alia loca q̄ nō seruiūt cā refectionis si sunt illi⁹ q deberet seruitutē nō alteri⁹ ⁊ si sunt vicina seruituti secus si remota. Et rō est q2 vr̄ seruit⁹ imposita toti fundo seruiēti.secus si seruit⁹ esset designata certo loco vt.§.tit.pri.l.certo generi.§.si tot⁹.⁊.§.sequens patet.

1 ¶ Jura realia sequuntur fundos ad quemcunq3 perueniāt.

1 **Cum fundus.** †Jura realia sequunt fundos ad quemcunq3 perueniant.hoc dicit.

1 ¶ Jure obligationis tenere potest quod iure seruitutis non teneret.
2 Consuetudo loci particularis an tollat legem communem.
3 Decima potest diuersis deberi.
4 Dictio nisi postposita orationi negatiue quid ponat.

1 **Venditor.** †Licet quid nō teneat iure seruitutis tenet tñ iure obligatiōis q2 promittēs ⁊ eius successores seruare tenentur.h.d.⁊ facit.§.ti.pri.l.p fundum. ¶ Et p hāc.l.determinat Ry.talem qōnē:titius cōcessit caio seruitutē tigni immittendi pacto apposito quod talis seruit⁹ tempore nō amitteret ligna fuerūt amota ⁊ foramina clausa.x.vel.xx.annis agit confessoria contra dominum vel alium possessorem obijcit prescriptio queritur quid iuris.determinat quod prescriptio nō currit possidente eo q seruitutem constituit.extraneo possidēte currit sed obijci potest pacti exceptio.⁊ est.clx.questiōe ⁊ incipit titius cōcessit ⁊ vide quod nota.⁊ dixi.§.de seruitu.vrba.pre.l.hec autem iura ⁊ facit ad hanc.l.j.e.l.de aqua.⁊ caue quia Ja.de ra.reprobat glo.in prin.⁊ dicit ꝙ etiā singulares successores obligant l3 nō sit vera seruit⁹ q2 est q̄si seruit⁹ ⁊ agi pt vtili ɔfessoria ɔ quēlibet possidētē pdiū ⁊ dicit punctari debere post dictionem lege3.

2 **Si constat.** Tantum valet cōsuetudo†loci quantum lex eius. ¶ Et sepe allegat hec.l.

q̄d particularis consuetudo vnius loci quo ad illum locum tol
lit.l.cōmunē de quo dic vt dixi.§.de legibus.l.de quib⁹.Jac.de
ra.hic intelligit ꝙ non erat sola consuetudo sed lex vel statutuz
spāle ꝯsuetudine cōfirmatū.¶ Itē dicit ꝙ hic non dicit̄ ꝙ ven
dere teneat̄,venditoꝛ eñ tenet̄ tradere at hic non tenet̄ tradere
sz pati cedere vñ non cogitur actione ex vendito sed conditione
ex cōsuetudine vel cōfessoꝛia vt patiat̄ cedere qꝛ est quasi quedā
seruitus,⁊ per hoc facit ad tituluz.¶ Itē querit si esset cōsuetu
do ꝙ quilibet posset cedere sine prestatiōe alicuius predij an va
leret ⁊ tenet ꝙ nō qꝛ nec rescriptū principis ꝙ in totū absoꝛbet
ius alterius vt.C.de preci.impera.offer.l.quoties.ergo nec con
suetudo.de hoc dixi.d.l.de quibus.§.de legi.quia talis consue
tudo repugnaret iurigentiū ⁊ naturali ꝙ rē meam deberes tol
lere pro nihilo ⁊ ideo nō valet insti.de iure naturali.§.sed natu
ralia.¶ Item caue a glo.que est super verbo solatium alias sa
3 lariuz q̄ dicit q̄d est decima.†q̄ debet̄ fisco ⁊ decima domino qꝛ
de isto salario non loquit̄.l.ista.imo de salario q̄d dabat̄ domi
no.predij ſm cōsuetudinem puta debent̄.xij.pro quolibet plau
stro onerato lapidibus.¶ Itē nota de obseruātia particularis
ꝯsuetudinis vni⁹ predij vt ⁊ alias.C.de metal.⁊ metallarijs.l.ij.
lib.xj.¶ Ultimo Jac.bu.subtiliter colligit ꝙ precedēte oꝛatio
4 ne negatiua dictio nisi†nō ponit de ꝓprio ⁊ stricto significato
q̄d patet qꝛ cū tractat̄ hic de ꝯsuetudine loci q̄ est stricti iuris si
cut statutū nō de ꝓprio significato poneret dictio nisi.vñ soluē
do salariū nō posset cedere lapidicinas nisi vigoꝛe ꝯsuetudinis.

1 ☞ Constitutio seruitutis an possit in vltima voluntate fieri.

1 POtest etiā.†In vltima voluntate potest fieri cōstitutio seruitutis.hoc dicit.⁊ licet hic alique seruitutes causa exempli enumerentur idem tamen in omnibus alijs.

1 ☞ Interdictum de precario nō habet locū quādo aliquid est immissum in alieno.

1 SI precario.†Interdictum de precario non habet locum quando aliquid est immissum in meo ⁊ a me possesso qꝛ mea authoꝛitate tollere possum nec inducitur donatiōis presumptio nis hic actum fuerit.hoc dicit.⁊ vide quod dixi.j.cō mo.l.prima.

1 ☞ Actus moꝛientium non possum pendere.
Presentia non trahuntur ad preterita nec econuerso.
2 Actus moꝛtuoꝝ an aliq̄d operent̄ ad cōsuetudinē inducendā.
3 Moꝛientium actus non suspenduntur:viuentium sic.

1 REceptum.†Actus viuentiū possunt pen
dere moꝛientium non.⁊ quod
ab initio non tenuit ex postfacto confirmat̄ non vt
presentia trahant̄ ad preterita nec econuerso.hoc di
cit.¶ Et facit ad.l.istam.j.de optio.leg.l.si tibi.§.vnus.Et diui
de in tres partes.In prima ponit vbi ab omnibus inter viuos
fuit facta cōcessio.In scd̄a a quibusdā inter viuos.a quibusdā
in vltima voluntate.in tertia ab oib⁹ in vltima volūtate.secun
dā ibi idēq̄z dicendū.tertia ibi nam si omnes.¶ Prima subdi
uidit̄ in quinq̄z.in prima ponit vbi oēs concesserunt diuersis tē
poꝛibus.In secūda anteꝙ alius cōcedat decessit qui primo cō
cesserat.in tertia ecōuerso quando vni erat facta concessio.⁊ an
teꝙ alteri fiat aliquid hoꝛū accidit.in quarta rationē assignat.
in quinta ponit illationē ex predictis.secūda ibi.⁊ ideo si is.ter
tia ibi:idem iuris.quarta ibi tantum enim eis.quinta ibi,⁊ iō
non pōt.¶ Ibi imponant quando faciebāt cōmune prediū ser
uum.¶ Ibi vel acquirant quando cōi predio seruitutem que
rebāt.¶ Ibi nihil agetur vt valeat seruitus statim.¶ Ibi ali
quid hoꝛū acciderit.scz q̄d sit moꝛtu⁹ vel alienauerit.¶ Ibi er
go ex diuerso ⁊c.hic redit ad scd̄m casuz prime partis.¶ Et gl.
sic legit.dictū est vbi alienauit q cessit modo vbi qui non cessit.
¶ Uel posses dicere:dictū est vbi alienauit q cessit:hic dicit vbi
decessit.Et ad hoc optime sequit̄ ergo oēs ⁊c.Et expone omnes
qui non concesserunt.vel oēs de nouo domini facti.¶ Ibi eis.
scilicet pluribus dominis.Ibi tēpus remissum est subaudi q̄d
nō opoꝛtet eos cōcedere eodē tempoꝛe.Ibi si alter.scz dñoꝛum
fundi cōis.Primo nota q̄d ex actu vltimo confirmantur ante
rioꝛa ⁊ scd̄m illud tempus ⁊ hoc tempoꝛe quo deberet ꝯfirmari
nō pōt propter moꝛtē vel alienationē alicuius.Si q̄ris an cōfir
matio retrotrahat̄,dic q̄d aut occurrit impedimētū ex tempoꝛe
quo fit ⁊ non trahit̄ retro.qꝛ traheret̄ ad tp̄s vitiosum,vt.§.de
offi.ꝓconsu.⁊ leg.l.obseruare.§.si.vbi de hoc.Aliquādo occur
rit impedimentū ex tpe quo ratū habet̄:⁊ tunc nec cōfirmat̄ nec
retrotrahit̄ vt.j.rem ra.ha.l.bonoꝛū.Aliqñ ex nullo tpe occur
rit impedimentū quia q̄d hodie fit poterat quādocunq̄z fieri si
affuisset voluntas partium ⁊ tunc confirmatur vt ex nūc nō vt
ex tūc nisi quo ad fruct⁹,vt.C.de donatio.inter vir.⁊ vxo.l.dona
tiones.§.rati.⁊ hic ⁊ ibi no.⁊ per Dynum ⁊ alios extra de reg.

☞ Ista rubrica summat totū tituluz quare eā nō sommo ⁊ de ea vide p doc.hic.

iur.c.ratihabitionem li.vj.Aliquando ſm nullum tempus ad
est impedimentū sed deficit cōsensus solus ⁊ tunc confirmat̄ et
retrotrahit̄,vt.d.c.ratihabitionē.¶ Sed contra hoc videt̄ hec
l.Sed dic quod aliquando actus de quo querit̄ hz substantia
lia est tñ inutile ꝓpter defectū solius cōsensus:⁊ tunc locū hz q̄d
dixi ꝙ retrotrahat̄.Si vero non hz substantialia sed est ex toto
inutile ⁊ imperfectū tunc hz locū hec.l.vt valeat ex nūc nō autē
retrotrahat̄.¶ Deinde Jac.de ra.colligit hic vnū pulchꝛū ad
materiā cōsuetudinis,videlicet an ad inducēdā cōsuetudinē ꝓ
2 ficiant ⁊ valeāt act⁹†⁊ vsus eoꝝ qui moꝛtui sunt ante inductaz
⁊ cōpletam cōsuetudinē.Et est hic euidens argumentū q̄d non
qꝛ hic concessio dñoꝛum qui moꝛiunt̄ ante seruitutē acquisitaz
nihil operat̄ ad acquisitionē ipsi⁹ seruitutis.ergo nec ad cōsue
3 tudinē debēt operari.¶ Deinde collige q̄d actus moꝛiētiū†nō
suspēdunt̄ sicut viuentiū ⁊ ꝓpter hoc sepe allegat̄.l.ista.¶ Sz
contra videt̄ q̄d magis suspendantur act⁹ moꝛientiū ꝙ viuētiū
quia ambulatoꝛia est voluntas moꝛiētium vsq̄z ad supremum
vite exitum vt.j.de dona.inter vi.⁊ vxo.l.cum hic status.§.ait
oꝛatio versi.penitētiam.⁊.C.de sacrosan.eccle.l.j.sz stipulatio q̄
est act⁹ viuentiū statim obligat vel nō obligat ꝓmissoꝛē vt.j.de
stipula.seruo.l.vsufru.¶ Dic q̄d act⁹ moꝛientiū nō possunt pē
dere tpe cessionis eoꝛū.nam si tempoꝛe cessionis vtiliter cedunt
valent.si inutiliter cedunt propter aliq̄d obstaculū vel impedi
mentū nunꝙ recōualescūt.secus est in actibus viuentiū vt hic
ptz.⁊ dz sic intelligi finis huius.l.⁊ de hoc vide per Dy.j.de do.
cau.moꝛ.l.ij.¶ Ultimo collige vbi oēs concessiones fuerunt fa
cte inter viuos eodem remanente domino qui a principio fuit
tunc ex constitutione vltimi valet constitutio.Si ad alium per
uenit dominium necesse.est nouum dominū consentire.Si oēs
concessiones sunt in vltima voluntate aut eodem tpe cessit dies
vtriusq̄z legati ⁊ valet aut non ⁊ non valet.Quando ab vno in
ter viuos ab alio in vltima voluntate tunc si prioꝛ est constitu
tio inter viuos ⁊ postea in vltima volūtate valet quantum ad
preiudicium constituentis inter viuos seruitus tñ non est sed
confirmatur per vltimam si econtra primo vltima voluntate
postea inter viuos tūc nec valet nec ꝯfirmat̄.cetera dic vt in gl.

¶ Si seruitus vendicetur vel ad aliū pertinere neget̄. Rub.

1 ☞ Actiones pro seruitutib⁹ competētes dupliciter ꝯsiderant̄.
2 In seruitutibus sententia lata pro vno potest alteri prodesse.
3 Publicianam intentans in seruitutibus vtilius facit ꝙ inten
tans confessoꝛiam.
4 Titulus an sit in prescriptione seruitutum necessarius.
5 Conuentio ⁊ patientia constituunt seruitutem.
6 Usufructuario vel legatario debetur iter ad rem fructuariam
vel legatum.

1 SUper rubrica.†Hic ꝓprie agi
tur de actioni
bus competentibus pro seruitutib⁹,scilicet cō
fessoꝛia ⁊ negatoꝛia.⁊ ideo sunt due ptes rubri
ce vna ꝑ vendicanda seruitute ⁊ hec appellat̄
confessoꝛia.alia ad denegādam seruitutē ⁊ ap
pellat̄ negatoꝛia de quibus duabus actionibus vide bene per
Rofre.de confessoꝛia ⁊ negatoꝛia.⁊ vide Innoc.qui de hoc ple
ne tractat extra de elect.querelam.⁊ de verb.sig.c.abbate.⁊ q̄d
dixi.j.de ope.no.nun.l.si prius.¶ Sed videt̄ q̄d rubrica male
dicat vēdicet̄ cum seruitus sit res incoꝛpoꝛalis vt instit.de reb⁹
coꝛ.in prin.⁊ incoꝛpoꝛalia non vendicant̄ vt.§.de rei ven.l.ven
dicatio.Sed dic q̄d verū est quod non vendicant̄ rei ven.sz p cō
fessoꝛiā in rē que competit pro seruitutibus sic,vt.j.e.l.ij.Actio
nes pro seruitutibus competunt dñis predioꝛū ad sepulchꝛum
tñ via pōt vēdicari.j.eo.l.j.de cōfessoꝛia ⁊ negatoꝛia.j.eo.l.ij.Et
qño proponunt̄ ⁊ qño ꝓbetur memoꝛiam nō extare vel aliquē
delictum non cōmisisse.Fructuario an competēt seruitutes ea.
l.§.recte.an interdicta dentur pro seruitutib⁹.e.l.§.fi.De serui
tute itineris ⁊ actus.j.eo.l.loci.§.j.Fructus veniunt in cōfesso
2 ria.e.l.§.in ꝯfessoꝛia.†In seruitutib⁹ sñia lata ꝑ vno dñoꝝ alte
ri ꝓdest.e.l.§.si fund⁹.Impediēs vsuz seruitutis tenet̄ ꝯfessoꝛia
ea.l.§.si mihi.Negatoꝛia dat̄ ꝯ oēm p̄ter ꝯtra eū cui seruit⁹ de
bet̄ ⁊ eodē modo excipit̄ ea.l.§.ꝯpetit.⁊ qui dicit sñiaz nullā dz
dicere q̄d est i eius preiudiciū nō simplicit̄.Et bene an q̄s possit
agere vel excipere de iure tertij.Si medi⁹ loc⁹ nō impedit vsum
seruitutis nec ei⁹ constitutionē ea.l.§.fi.⁊.ll.seq.Et confessoꝛia
proponit̄ verbis negatiuis.Confessoꝛia ⁊ negatoꝛia dātur etiā
possidenti.j.e.l.⁊ si foꝛte.§.sciēdū.In seruitute oneris ferēdi spe
ciale est q̄d q̄s fecere teneatur ea.l.§.etiam de seruitute.In serui
tutibus quilibet dominoꝛum conuenitur ⁊ agit insolidū.e.l.§.
si edes.Modus cōuētus dz seruari in seruitutib⁹.e.l.§.si mo
dus.In confessoꝛia venit interesse de p̄terito patiētia de p̄sen
ti ⁊ cautio

ti ⁊ cautio de futuro ea.l.§.fi.⁊.l.ſeq.Et q̄ño fiat libellus in hac
actione.Et reprobatio vltramontanoꝝ in cōceptione libelli in
rei ven.Refectio reſpicit prediū ſeruiens fultura dn̄ans.ī.e.l.ſi
cut alias ſicuti.de ſeruitute tigni immittēdi.e.l.§.ꝯpetit.In ſer
uitutibus cenſetur reus q poſſidet ſeruitutē vel libertatē ea.l.§.
ſed ſi querit.Et an ſn̄ia lata in reali pariat nouū dn̄ium vel ſo
3 lum declaret antiquū.†Et qđ vtilius eſt pro ſeruitutibus intē
tare publicianam q̄ cōfeſſoriā.Qui ſuppoſuit aliū in iudicio
vt p̄ſcriberet datur aduerſario reſtitutio ea.l.§.plane. In meo
poſſum facere quicqd volo dummodo non immittā in alienuz
ea.l.§.ariſto.Et an liceat immittere fumū vel aquā in alienā do
mum.Et interdicta dant ei qui turbatur in poſſeſſione ſeruitu
tis.Utrum poſſit ſeruitus ꝯſtitui de non habendo grauē ignē
in domo ea.l.§.apud pompo.Et an liceat in alienū fetorem im
mittere.Debens ſeruitutē non pōt aliqd facere in eius impedi
mentū.Et ille cui debetur non pōt ea latiore vti q̄ cōceſſa fuit.
4 ī.e.l.ſi eo loco.†In p̄ſcriptione ſeruitutū non exigitur titul⁹ ple
ne.ī.eo.l.ſi quis diuturno.Iure cōi potior eſt ꝯditio prohiben
tis.ī.e.l.an vnus. Qn̄ ius reſpicit pn̄s preteritū ⁊ futurū ⁊ p̄
ſenti p̄terito ꝓuidet ⁊ ꝓ futuro cauetur.ī.e.l.egi. Non lꝫ alicui
immittere in publico vel alieno.ī.e.l.fiſtulas.Quis non dꝫ vti
ſeruitute amplius q̄ ſibi ꝯceſſum eſt.ī.e.l.ſi cū meus.Si paries
cōis ope a te facto inclinat⁹ ſit poſſuꝫ agere ꝯ̄ te ea.l.§.j.Tutor
vel curator non pōt in preiudiciū minoris facere qđ tenet aliū
5 facientē ꝓhibere.ī.e.l.altius.†Cōuentio ⁊ patiētia ꝯſtituūt ſer
uitutē.ī.e.l.ſi a te.De ſeruitute nō officiēdi luminib⁹.ī.e.l.ſi qn̄.
§.j.An vicinus poſſit ponere ſterquiliniū iuxta parietē domus
vicini ea.l.§.ſcđm.Si agatur de ſeruitute ꝯ̄ ꝯtumacē q̄ño ꝓce
datur cōtra eū.ī.e.l.is cui⁹.Et pulchra de materia ꝯfeſſorie.Si
vnus ſocioꝝ agat cōfeſſoria nō preiudicat aliȷ̇s ſi culpa vel col
6 luſione ſuccūbat.ī.e.l.ſi decori.†Uſufructuario vel legatario
debet iter ad rem fructuariā vel legatā.ī.e.l.teſtatrix.¶Ius cō
ſtitutionis cōtemplatione rei ip̄am ſequit ad quēcunqꝫ.ī.eo.l.
plures.Et de paſcuo cōi qđ trāſeat ꝓ rata predioꝝ in emptores.
¶In aqua nondū inuēta ſed querēda pōt ſeruit⁹ ꝯſtitui.ī.eo.
l.ſi.Et an eccleſie nondū edificate poſſit concedi priuilegium.

1 ☞ Predia non debent regulare ſeruitutes,ſed econtra: pre
dia enim ſubiacent ſeruituti.


Ctiones. Duas hꝫ ptes.Secunda ibi ſe
pulchra actiones ꝯfeſſoria ⁊ ne
gatoria directe.In fi.non ob.ſ.de ſeruit.l. ſeruitutes
ruſticoꝝ.§.j.vt ibi no.¶Op.qđ predia†nō debēt re
gulare ſeruitutes ſed ecōtra q2 p̄dia ſubiacēt ſuituti.ſ.ti.j.⁊.l.j.
⁊.l.ſi quis duas.§.j.⁊.ſ.ti.iȷ̇.l.ſeruitutes q̄ in ſupficie in princi.
ergo ⁊c.ar.ī.de penu le.l.nā quod liquide.Sol.ibi cōſiderat ſub
iectionē ſcđm ſui ſubſtantiā hic ſm ius agendi q̄ ſunt cōuerti
bilia ſimul iuncta.nā tunc cui competit vnū ⁊ reliquū vt.ī.l.ꝓ
xi.§.j.¶Itē op.de.l.ſeq.§.recte.ſol.hic de directa ibi de vtili vel
ibi in fructuario qui eſt quaſi dn̄s.ſ.de vſufr.l.iȷ̇.¶Item opp.
de.l.iȷ̇.⁊.l.venditor.in prin.ſ.tit.j.ſol.vt ibi.¶Item op.ad ſecū
dam partē de.l.longa.ī.de mor.inferen.Sol.vt hic.¶Item op
po.de.l.quod ſponſe.C.de dona.ante nup.cum ſi.Sol.ex predi
ctis patet quia hic loquitur in iure coherenti.Ray.

1 ☞ Actiones in rem confeſſoria ⁊ negatoria competunt pro
ſeruitute petenda vel neganda.
2 Actiones quare negatorie dicantur.
3 Memoriam non extare aut negatiuam ꝓbare qualiter ſit poſ
ſibile.
4 Seruitus poteſt proprie ⁊ improprie conſiderari.
5 Interdictum de itinere actuqꝫ priuato an habenti ſeruitutem
poſſit competere.

1 
E ſeruitutibus. †Pro ſeruitute pe
tenda vel neganda
cōpetunt actiones in rem ꝯfeſſoria ⁊ negatoria. Et
confeſſoria datur aſſerenti ſeruitutē cōpetere.⁊ nega
toria negāti.Et caue q2 in libello nō debet dicere ſeruit⁹ ſibi cō
petere ſed predio,vt.ſ.de ſerui.ruſti.p̄d.l. vnus ex ſociȷ̇s. Un̄ ſic
ꝓponet dico te dn̄m talis fundi ⁊ in eo te ꝯſtituiſſe fundo meo
talem ſeruitutē ⁊ quod me impedis vti ipſa ſeruitute.vn̄ peto te
condēnari ad intereſſe de preterito patientiā de p̄ſenti ⁊ cautio
nem de futuro.ꝓ hoc.ī.e.l.⁊ ſi forte.§.etiā.⁊.§.fin.⁊ quid debeat
2 probari vide.ī.eo.ſicuti.§.ſed querit.¶†Item dr̄ negatoria q2
proponitur verbis negatiuis.nam nego tibi eſſe ius vtēdi tali
ſeruitute.¶Fallit ſcđm quoſdā in ſeruitute altius nō tollendi
quā dicunt ꝓponi verbis affirmatiuis.Nam ſi diceret ſimpli
citer dico nō eſſe tibi ius altius edificandi non concluderet.nā

non ſufficit eū nō habere ius edificandi niſi ⁊ agens habeat ius
prohibendi vnde dicet dico mihi cōpetere ius ꝓhibendi te alt⁹
edificare.Sic ⁊ in confeſſoria non dicet ſolū dico mihi eē ius al
tius edificandi:q2 forte diceretur mendaciū puta ſi cuidā tertio
debebat ſeruitutē altius non tollendi lꝫ non deberet ꝓhibenti:
quare dicet dico tibi non eſſe ius prohibendi me altius tollere
quod ſufficit,vt.ī.eo.l.loci corpus.§.competit.de hoc vide qđ di
xi in.l.ſi prius.de ope.no.nun.†Et ex predictis colligit hic Ia. — ☙ Probatio me
3 but.qđ ſi volo probare memoriam alicui⁹ rei nō extare non de — morie alicui⁹
beo dicere nō extat memoria:q2 hec eſſet mere negatiua ⁊ nō ꝓ — rei qđ illa res
babilis,ſed dicam cōis opinio eſt memoriam nō extare que eſt — non extet qua
affirmatiua ⁊ probabilis.Et idem poſſum dicere fama eſt titiū — liter fieri de
non occidiſſe ſempronium.de quo plene dicet.ī.de ꝓba.l.ſi arbi — beat.
biter.⁊ dixi.C.de proba.l.actor.Aduerte etiam q2 glo.reprobat
Placen.in eo quod dixit negatoriā nō competere niſi p̄ceſſerit
conſtitutio ſeruitutis. ¶Sed paulus ſyllimani approbabat
opi.Plac.Nam quodlibet predium eſt liberum niſi probet ſer
uitutem debere,vt.C.de ſerui.l.altius.ergo ille qui vult vti ſer
uitute hꝫ neceſſe fundare intentionem ſuā ⁊ probare ſeruitutē
conſtitutam:quo facto tunc volēs vti negatoria hꝫ ꝓbare ſer
uitutem remiſſam vel legitimo tpe non vtendo amiſſam.⁊ ita ve
rum eſt quod negatoria nō opus eſt niſi preceſſerit conſtitutio
ſeruitutis.Non ob.l.fiſtulas.ī.e.allegata per gloſ.cōtra Plac.
quia intelligi debet quod ibi fuerit ſeruitus cōſtituta.Non ob.
generalitas huius.l.non dicit fuerit ſeruitus cōſtituta vel nō,
⁊ quia etiam vbi lex non diſtinguit tamen diſtinguitur:vt.ī.de
teſti.l.queſitum.cū ſi.¶Unum aliud dicit gloſ.⁊ reprobabat
d.Rich.dicit em̄ quod vſufructuario competit vtilis confeſſo
ria quod eſt contra.l.ſ.ſi vſuſfruc.peta.l.j.
4 **Recte.** †Hic loquit de dupla ſeruitute vna proprie alia
improprie ⁊ caue q2 glo.dicit qđ vtilis actio da
tur fructuario pro ſeruitute quod reproba vt dixi.ſ.proxi.
5 **Pomponius.** †Interdictum de itinere actuqꝫ
priuato cōpetit fructuario et de
hoc interdicto ⁊ aliȷ̇s an ꝯpetāt habenti ſeruitutē vide qđ not.
⁊ dixi.ſ.de ſerui.l.quoties.ſecundo.⁊.l.ſeruitutes ruſticoꝝ.ver.
Item quero quare ꝓ retinenda.⁊.ī.e.l.loci.§.ſi quis mihi. Sed
quomodo cum interdictum ſit perſonale vt.ī.de interdict.l.j.§.
interdicta tranſit in ſingularem ſucceſſorem:dic quod ſpeciale
eſt propter quaſi poſſeſſionem quam reſpicit q2 oportet quod
vſus fuerit itinere ad hoc vt ſibi competat interdictum vt.ī.de
itine.actuqꝫ priuato.l.j.¶Et nota verba de iure ⁊ de facto ad
que facit.ī.de acquir.rer.do.l.bone fidei.Ibi vtile.ad differentiā
directi.Iaco.de ra.vel vtile.i.efficax.

1 ☞ Seruitus itineris ⁊ actus differunt ⁊ poteſt vna haberi ſi
ne alia.
2 In confeſſoria veniunt fructus quemadmodum in negatoria
in materia ſeruitutis.
3 Sn̄ia lata pro vno in materia ſeruitutū poteſt alteri prodeſſe.
4 Seruitutis vſum impediens ad quid teneatur.
5 Negatoria non datur contra eum cui debetur ſeruitus.
6 Medius locus non ſeruiens non impedit ſeruitutem ruſticā
vel vrbanam ſi vſum ſeruitutis non impediat.

1 
Oci corpus. †Iter ⁊ actus ſunt diuer
ſe ſuitutes ⁊ vna pōt ha
beri ſine alia qui tn̄ habet cōmoditatem itineris vt
glo.dicit ⁊ hoc verū dicit glo.niſi aliud ageret in ſer
uitute conſtituēda vt q2 commoditas actus fuerit reſtricta pu
ta qđ ſolus vadat.Sed certe tunc videret talis conceſſio nō va
lere ꝓpter contrarietatē vt.ſ.de vſu ⁊ ha.l.ꝑ ſeruum.§.j.dic qđ
verum eſt quod nō valeret vt ſeruitus actus ſed vt ſeruitus in
nominata ſicut etiā ſi conſtitueretur alicui vſuſfru. vt de fructi
bus perciperet ſoluꝫ quod ſibi neceſſarium foret ⁊ reſiduū eſſet
domini q2 ⁊ hoc eſt contra naturam vſuſfruc.
Qui iter. In fi.non obſt.de acceptil.l.⁊ per iuſiuran
dum.§.j.vt ibi not.
2 **In confeſſoria.** †Fructus veniunt in cōfeſſo
ria ⁊ negatoria vt intereſſe.h.
d.Competit etiam actio iniuriarum ſi me prohibente vadas ꝑ
fundum meū,vt.ī. de iniur.l.iniuriarū.§. ſi quis me prohibue
rit.⁊.l.ſeq.⁊ no.ſ.de ſerui.ruſti.pred.l.diuus.
3 **Si fundus.** †In confeſſoria ſn̄ia lata pro vno do
minorū prodeſt aliȷ̇s.h.d.⁊ vide quod
dixi.ſ.de ſtat.ho.l.ingenuum.in fin.Et eſt ratio quia ſeruitutes
ſunt indiuidue vt.ſ.de ſerui.l.ꝓ parte.⁊ ideo vn⁹ dominoꝝ non
poteſt agere vel ꝯueniri pro parte ſed pro toto veruntamen in
tereſſe preteritum venit ſolum pro parte quia eſt diuiduum: vt
ī.de verb.ob.l.in ſtipulationibus.§.operarum.Iaco.bu.poſſet

tamen esse casus vbi snia vnius alii non pdesset puta si vni esset constituta seruitus alii nõ.nam lz non teneret constitutio seruitutis tñ ille cui constituta esset prohiberi nõ posset ⁊ alter sic, vt.s.de serui.rust.predi.l.per fundũ.⁊ tunc sententia lata p illo cui esset seruitus constituta alii non prodesset: quia inspicerer causa quare data esset snia,vt.j.de iureiur.l.duobus.§.j.Jaco. de ra.⁊ vide.C.quib.res iudi.non nocet.l.ij.

4 **Si quis mihi.** †Qui vsum suitutis impedit tenetur confessoria.h.d.⁊ de interdicto dic vt dixi.s.e.l.ij.Pompo.

5 **Competat.** †Negatoria datur contra oẽm preterquam ɔtra eũ cui debet seruitus ⁊ eodẽ modo excipit.h.d.¶Et nota finẽ.§.qui cõtinue allegat vt infra subiiciã.Et vide qd hec negatoria pponitur verbis affirmatiuis,ibi ius alterius tollendi.¶Colligit hic Jac.but.qd si iudex pronũciauit aliquẽ mittẽdũ in possessionẽ rei quã possideo ⁊ volo dicere sniam nullam qd non debeo dicere simplr nullam sed quatenus tangit preiudiciũ meum sicut hic dico me habere liberas edes quo ad te nõ simplr. Item sepissime allegatur qd quis non potest allegare ius tertii,de quo vide plene per Compost.extra de rescrip.c.mandatũ.⁊.c.pastoralis.⁊ no.p Cy.⁊ dixi.C.de ser.fugi.l.cum seruũ.de acquir.pos.l.vitia.⁊.s.si vsufr. peta.l.vti frui.¶Contra qd oppo.C.de ordi.cogn.l.ij.Dic fm Jaco.but.aut volo agere de iure tertii ⁊ non possum vt.d.l.vti frui nisi eius personam represente,vt qr sim procurator vel tutor.aut volo excipere de iure tertii.⁊ tunc aut ius de quo excipio est exclusiuum simpliciter:⁊ quo ad omnes iuris agentis,vt qr agit contra me rei ven.⁊ ego excipio aliũ esse dominũ vel agentem esse seruũ alterius tunc possum excipere de iure tertii vt in contrario,⁊.C.de rei ven.l.si.aut non est simpliciter exclusiuum iuris agentis,sed quo ad alium tm ⁊ tunc non possum excipere vt hic Jac.but.oppo.gloss.⁊ non soluit de.l.ij.§.plane.j.de doli excep.ego fm Jac.de bel.quia ibi precessit dolus in acquirẽdo hic non.⁊ de hoc dic vt ibi plene dixi scdm eum. An quis allegare possit ius tertii.vel ibi cõuentus hz causam ab eo cui cõpetit ius excipiendi fm Dy.vt ibi not.hic non.vel ibi exceptio est in rem ⁊ generalis hic specialis.vel dic qd aliud est querere an ex facto vnius alii competere possit ius agendi vel excipiẽdi aliud an ex iure alieno quis possit agere vel excipere.primo casu si ius est,hinc inde personale non nisi ei cum factum est competere põt ius agendi vel excipiendi,vt.l.ij.§.aduersus.de doli except.⁊.s. de iudi.l.fideicommissum.§.tractatum. Si ex vna parte realis ex alia personalis tunc ex ea parte ex qua est realis potest ex ea ex qua est personalis nõ.Scdo casu principali regula est qd nõ vt dicta.l.vti frui.nisi sint persone que possint in iudicium ius alienuz deducere,vt procurator tutor custos rei ⁊ similes,vt.C. de sacrosanc.eccle.l.sancim⁹.Si queritur de iure excipiendi dic vt dixi fm Jaco.but.⁊ vide qd not.⁊ dixi.j.famil.herc.l.his cõsequenter.§.j.⁊ per Dyn.j.de bon.poss.secundum tab.l.qui ex liberis.§.testamento.

6 **Hec seruitus.** †Medius locus nõ seruiẽs si nõ impediat vsum seruitutis nõ impedit seruitutẽ rusticã vel vrbanã.h.d.cum duabus.ll.sequentibus vsqz ad.§.sciendum.⁊ vide.s.de serui.rustic.predio.l.qui sella.§.fi.¶In.§.si cui.facit quod no.s.e.l.ij.in princ.

Nota istud dictum.

2 ¶Actio confessoria an verbis negatiuis proponi possit.
3 Actio confessoria ⁊ negatoria põt quasi possidenti competere.
In seruitute oneris ferendi requiritur factum.
4 Emphyteuta ⁊ vasallus an rem relinquendo liberentur.
5 Seruitus pluribus debita an possit per vnũ insolidũ exigi.

1 **Si forte.** †Ibi nõ esse ita edificatũ habere vide qr hic cõfessoria pponitur verbis negatiuis.¶Itẽ nota qd actio extincta renascitur eadẽ numero de quo no.⁊ dixi.j.de sol.l.qui res. §.aream.⁊ qd dicit renascit tibi vẽdicatio.dic id est ɔfessoria p quã seruitus vendicat.Non ob.s.de rei vendi.l.vendicatio.

2 **Sciendum.** †Confessoria ⁊ negatoria datur etiã quasi possidẽti.h.d.Et vide qd idem est in actione in rem que datur pro reb⁹ corporalibus non dat possidenti omni genere possessionis que turbantẽ ⁊ detinẽtem vt.s.de rei ven.l.officium.sic ⁊ hic datur cõtra turbantem vsum quasi possessionis seruitutis qr per hoc videt habere facultatez restituendi.i.patientiã prestandi qd pacifice vtar seruitute,⁊ qd hic dicit de interdicto qd vi aut clam dic vt dixi.s.de ser.l.quoties.scdo.⁊ ad idem qd glos.opp.qd pro seruitute non fiat mutatio noui operis dic vt no.⁊ dixi.s.de serui.vrb.pd.l.inter seruitutes.§.fi.⁊ de ope.no.nun.l.qui viam.¶Item non obst.j.de oper.no.nun.l.in prouinciali.§.j.vt ibi not.

a ¶Formare libelluz.Adde Bar.hic ⁊ i.l. si prius.de no. ope.nun.Ange.⁊ Jaso.in §.eque.insti.d act.⁊ ibi dominus Joan.de nouaille.

Pro faciliori itelligentia istius.§.vide tex.in.§.eq insti.de actio.⁊ ibi Ang.⁊.d.Jason.

3 **Etiam de seruitute.** †In seruitute oneris ferendi est vnũ speciale qr in aliis seruitutibus sufficit qd prestet patientia in ista tenetur facere ⁊ reficere.h.d.¶Et aduerte qr alia est seruitus tigni immittẽdi in qua non tenet seruiens aliquid facere sed solũ pati,vt.s.de serui.l.quoties.§.seruitutum.⁊.j.eo.l.sicuti.§.j. Alia est seruitus oneris ferendi in qua tenet facere ⁊ reficere vt predixi.Et scdm do.Rich.litera debet legi interrogatiue vsqz ad versi.paulus.nã vsqz ibi format questionẽ ⁊ plane legendo non haberetur sanus intellectus ⁊ qd infra dicit in proposita specie expone.i.seruitute oneris ferendi.⁊ vide quod nota.⁊ dixi.s.de serui.vrb.pred.l.cum debet.¶Ultimo nota quod hanc seruitutem non debet homo sed res:⁊ ideo relinquendo rem li-

4 beratur a seruitute.¶Et sic est arg.quod emphyteuta† ⁊ vasallus rem relinquẽdo possit se liberare de quo dic vt plene dixi s.de vsufruc.l.cum fructuarius.

5 **Si edes.** †Unus dñorum cõuenit ⁊ agit insolidũ p seruitute sibi debita vel ab eis solo vsufruct.excep.h.d.Et quod subiicit sed nõ idem dic scz qd in vsufruct. secundũ veram lecturam per omnes hic approbatam.

Modus. Refectio parietis fieri debet ad modum inter partes conuentum.h.d.

Ueniunt. In hac actione venit interesse de preterito patientia de presenti ⁊ cautio de futuro.h. dicit.cum.l.seq.⁊ facit.s.e.l.ij.⁊ quod ibi dixi.

1 ¶Libellus qualiter fit in actione confessoria concipiendus.
2 Judicis officium dicitur in qualibet actione verti.
3 Cautio in incorporalibus habetur loco traditionis.

Harum actionũ. Utilis est hec lex ⁊ sepe allegatur. Et docet formare libelluz[a] in hac actione.†debeo enim dicere quia non fecisti parietem vt debebas peto interesse de preterito ⁊ qd de pñti reficias ⁊ qd p futuro caueas. ¶Et si dicas qd tractus futuri temporis spectat ad iudicem. Respondeo qr est de iure presenti qd habeo ⁊ ne cogar de iure meo singulis annis protestari ⁊ litigare,vt.C.de prescript.xxx. anno.l.male agitur.⁊ pro hoc.j.e.l.egi.⁊ quod no.⁊ dixi.s.de iudi.l.non põt.¶Item docet hec.l.iudicem formare sniam qr cõdẽnabit in tribus supra petitis.sed quo iure veniunt:rñdeo interesse de preterito venit iure actionis.Itẽ refectio parietis sed cautio venit officio iudicis.Nec ob.quod lra dicit hic duo venire iudicis officio qr prout loquitur de refectione parietis intelligam de officio mercenario qd deseruit actioni.nã in his q̃ actionis iure debent possum cõcludere in libello quare peto per vos ⁊ vestrũ officiũ condẽnari quia intelligit de officio mercenario

2 deseruiẽte ipsi actioni†nam in qualibet actione vertit iudicis officium qr parum prodessent iura ⁊c.vt.s.de ori.iur.l.ij.§.post originẽ.¶Itez docet hec.l.qualr fieri debeat executio: qr ex eo qd non reficit iuratur in litem cum hoc veniat in cõfessoria que numeratur inter arbitrarias,vt.j.de in lit.iurã.l.in actionibus. Sed ad cautionẽ compellitur remediis iuris captis pignorib⁹ ⁊ multa indicta ⁊ aliis remediis.insti.de satisd.tut.§.sciendũ. non autem iuratur in litem pter cautionem non pstitã:qr illa nõ venit in actione bone fidei vel arbitraria sed officio iudicis vt innuit gl.Et per hoc reprobatur opinio vltramõtanor ⁊ eorum libellus ⁊ sequacium qui dicunt quod in rei vendi.debeo cõcludere narratiõe premissa.q̃re peto me dñm declarari ⁊ vestro officio rem mihi restitui.nam dicũt qd dñii declaratio petitur iure actionis rei restitutio officio iudicis,vt.j.e.l.sicuti.§. sed si queritur.Sed male dicunt qr restitutio petit actione iuris qd sic pbatur.vbicũqz aliquid petitur fieri iudicis offõ si id nõ fiat non iuratur in litem:qr offiñ nõ numerat inter actiões bone fidei vel arbitrarias,vt ptz hic in textu ⁊ gl.imo nec est actio vt.j.de annu.leg.l.quintus.⁊ ibi de hoc.Sed ɔ̃ non restituentẽ rem in rei vendi.iuratur in litẽ,vt.s.de rei vendi.l.qui restituere vbi etiam de hoc dixi.ergo restitutio nõ petitur fieri offõ iudicis.possum ergo in libello dicere peto me dñm declarari licet hoc de ɔsuetudine non dicat,vt dixi.d.l.qui restituere⁹ ⁊ petere rem mihi restitui:qr vtrunqz venit iure actionis.non aũt debeo dicere p officiũ nisi intelligeret de officio mercenario,vt supra dixi.Jac.but.¶Sed Jac.de ra.hic dicit quod si cautio nõ pre-

3 stetur licet veniat officio iudicis qd iurabitur in litem†qr cautio in istis incorporalibus habetur loco traditionis ⁊ ad hoc allegat.j.de actio.empti.l.ratio.§.fin.in glos.

Hoc post litem. In fi.vt dicit aut est liquidatũ de cã ⁊ peruenitur ad diffinitiuã ⁊ tunc vtrũqz prestat.aut ex interlocutoria proceditur contra cõtumacẽ:⁊ tũc sufficit cautio.de quo dicet.j.e.l.is cuius.

1 ¶Refectio recipit seruitutem fultura non dominantem.
2 Actio confessoria competit pro seruitute tigni immittendi.

Possidens

Possidens ius seruitutis vel libertatis vicem rei dicitur in seruitutis questione obtinere.
4 Dominium an ex sententia in rei vendicatione lata transferat.
5 Immittere aliquid in fundo alieno nemini licet.
6 Interdictum vtile datur ei qui turbatur pro seruitute.
7 Petitoriũ et possessoriũ retinẽde sunt ɔtraria nec se cõpatiunt.
8 Fetor immissus de vna domo in aliã an immittenti preiudicet.

1 **Sicut.** Alias sicuti. ¶ † Refectio respicit seruientẽ fulturã non dñantẽ.h.d. ¶ Ibi fulcire.s.domũ vel parietẽ dñantẽ donec paries seruiens reficiatur. Ibi hic quoqz.s.in seruitute oneris ferendi. Ibi contraria.i.negatoria.

2 **Competit.** † Pro seruitute tigni immittendi cõpetit cõfessoria. Et differt hec seruit' a seruitute oneris ferendi: qz in ista seruitute tantũ pati tenet in illa non reficere.h.d. vsqz ad.§.sed si querit. Et qd dicitur in litera distant autem he actiones, dic id est ista actio scilicet confessoria qz eadem est actio que pro vtraqz seruitute competit.

3 **Si queratur.** † Pulcher.§.et qui sepe allegat et dicit qd in qõne seruitutis vicẽ rei dicit obtinere possidẽs ius seruitutis vel libertatis et sñia lata in reali nouũ ius nõ tribuit sed vetus declarat ad qd concor.s.de rei ven.l.ex diuerso.et bene extra de ap.c.nouit.in pnc.et ibi i gl. de acqr.rer.do.l.adeo.§.cũ qs. Et qd dr psides statuũt ferias.i. statutas a lege declarãt.s.de ferijs.l.psides. Et qd dicit seruit' cedi dic.i.de nouo ɔstitui qz habet p sñiam in cõfessoria latam. ¶ Sed quero quid pdest hec disputatio qs dicat possessor vel petitor cum semp asserẽs sibi seruitutẽ deberi habeat hoc necesse pbare siue possideat siue nõ in seruitute prediali qz omne prediũ a sui origine fuit liberũ, vt.C.de ser.l.altius.sec' est in hoie qui potest nasci seruus, vt.s.de sta.ho.l.et seruor.et p hoc cessat ɔtrium signatũ in glo.de.l.circa.j.de pba. Rñdeo nihilominus prodest in multis fungi ptibus defensoris qd dic vt glos.et vide qd dixi.j.de ope.no.nun.l.si prius. ¶ Itẽ no.hic casum ɔ illos
